

www.e-rara.ch

Fortunii Liceti Genuensis... De mundi & hominis analogia

Liceti, Fortunio

Utini [Udine], 1635

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: online

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-7369>

[Cap. I. - X.]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Analogia Mundi, & Hominis in utriusque nominibus animaduersa. Caput Primum.

a in Cratylo.



b 1. ethic. cap. 4.
c 1. phys. t. 2. 3.
d 1. phys. t. 5.

** 8. phys. t. 17.*

Latonicorum dogma celebratur, in cuiusque rei tractatione post Numinis inuocationem sumendum exordium a nomine; quod foret *a* doctrinae instrumentum ad rei naturam & essentiam indicandam, a Sapientibus impositum: a qua sententia minime discessit *b* Aristoteles, qui semper a nobis notioribus, & a *c* confusis doctrinae ordinem auspicatus, nomina *d* confuse illud idem significare constituit omnibus, quod definitio distincte paucis, hoc est, sapientibus aperit. A nominibus ergo Mundi, & Hominis ipsorum analogiam ante omnia deducamus. Porro Mundi nomen triplex est, Orbis, Mundus, Omne: Mundi quidem nomen Homini commune statuit Aristoteles, dum Hominem appellat Mundum paruum, Vniuersum vero dicit Mundum magnum, his notis, ** εἰ δ' ἐν ζῳῳ τὸ πικρὸν διακρίνεται, τί καλῶς τὸ αὐτὸ τὸ πικρὸν συμβῆναι κατὰ τὸ πᾶν; εἰ γὰρ ἐν μικρῷ κόσμῳ, καὶ ἐν τῷ γίνεσθαι, καὶ ἐν μεγάλῳ: καὶ ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ ἐν τῷ ἀπείρῳ.* idest, Si autem in animali hoc possibile est fieri, quid prohibet idem hoc accidere & in Vniuerso? Si enim paruo Mundo sit, & in magno: & si in mundo, & in infinito. Quæ quidem sententia, licet Mundo comparare videatur animal; animalis tamen nomine nobis intelligendus est Homo, qui cunctorum animalium nostratum est perfectissimus: Vtrique igitur Mundi nomen commune est, sola magnitudine ac paruitate, proindeque accidentaria differentia discretum; nam magnitudo, & paruitas essentiam rei non variat:

Di-

Dicitur
Mun
lo L
posit
mum
posit
rinos
uerfu
nime
magis
posit
los,
Micro
mo se
ab om
tida p
prie f
a Mu
dine c
nomin
eader
pulch
propo
in Go
ferre:
Mund
bet ip
rum p
do, &
a Teru
perato
pulche
quicqu

Dicitur ergo Homo Mundus paruius, & Vniuersum. Mundus magnus. Quin & mutuato a Græcis vocabulo Latini plerique iuniores Hominem appellant, composito nomine, Microcosmum, & Vniuersum Megacosmum, & Megalocosmum: vt autem hæc nomina composita non leguntur apud Græcos vllos, nec apud Latinos priscos, aut elegantiores; ita qui nuncupant Vniuersum nomine Macrocosmi proprietatem vocabuli minime seruare videntur. Sed, vt Beda Venerabilis, doctus magis quam elegans, semel Microcosmi nomine composito vsus est; ita nec imitari, nec laudare possumus illos, qui librorum suorum titulos deformant nomine Microcosmi; titulus enim est veluti libri facies; quæ primo se se prodit in conspectum, adeoque ornanda est, & ab omni macula detergenda, in eaque omnia pura, & nitida ponenda sunt. Ceterum Cosmi nomen quum proprie significet ornamentum; & apud Latinos Mundus a Munditie nuncupetur; vtrumque nomen a pulchritudine ducitur. Sanè pulchritudo, quæ Græcis eodem nomine *καλός* cum bonitate coniungitur, æqualis; & eadem fere Mundo congruit; & Homini: Quum enim pulchritudo sit apta partium ad seinuicem, & ad totum proportio cum venustate colorum; proindeque, vt ait in Gorgia Plato, Pulchritudo est posse ad singula opem ferre: hæc mira est in Mundo, mira est in Homine: in Mundo quidem; nam Aristotelis natura Vniuersi habet ipsum bonum, & ipsum optimum tum in ordine suarum partium, tum in se tota; vnde constituitur esse *Ordo*, & digestio vniuersorum, quæ a Deo, & per Deum sic *a* seruantur; vt g. cinno contrariorum commode attemperato, velut in choro a summo præfule ad harmoniam pulcherrime referantur. Quin etiam eidem *b* Autori, quicquid pulchritudine præditum est, id quasi gentile

cum Mundo societatem habet; adeo quod recte, atque ordine constitutum esse id a Mundi nomine concinne digestum Græco sermone, consentaneaue partium compositione speciosum esse significatur. Sic ergo Mundus, qui est ordinata rerum omnium compago a summo Deo recte gubernata, pulcherrimum quid est, & optimum inter omnia corpora; quod propterea scitissime Græcis κόσμος, & Latinis Mundus appellatur: & quum omnia corpora intra sui ambitum complectens, nihil quantum i extra se habeat, omnem magnitudinem in se continens, Magnus Mundus, μέγας κόσμος, nuncupatur. In Homine vero proportionatam Mundanæ pulchritudinem intuearis; nam vt Mundus veluti totum est finis omnium suarum partium; sic Homo promulgatur ab k Aristotele finis omnium rerum: ac, vt in Mundo, cuncta continente, partes omnes ad usum ynius Hominis in centro Mundi degentis conspirantes, l centrum singulæ respiciunt, vel ad quod moueantur, vt grauiā; vel a quo ferantur, vt leuiā; vel circa quod cieantur, vt neutra; quo factum est, vt figura sit omnium capacissima, & centro definita consistat: Sic Homo Dei m gratia constitutus, ad cuius cultum & fruitionem institutus est, figuræ rectæ corpus habet vergens ad æthera, Dei n Domicilium, quod mysticum centrum est, a quo prodijt homo in ortu, ad quod tendit in obitu, circa quod semper circumuolui debet in vita sua. Vtque Mundus præter admirabilem suarum partium ad seinuicem, & ad ipsum totum proportionem, obtinet etiam lucem, & lumen, veluti venustissimum a colorem; sic homo colore pulcherrimo nitet, lucis maxime particeps; vnde Græcis Homo eodem nomine cum lumine p φῶς appellatur, cuius rei præclarum habemus Macrobij testimonium ita dicentis de Pelasgis, *Quamque diu humanis capitibus*

i 1. Coel.
t. 100.

k 2. phys.
t. 24.

l 1. Coel.
t. 5. & seqq.

m 2. de an.
t. 35.

n 2. Meta.
t. 53.

n 2. Coel.
t. 2.

o 2. de an.
t. 68.

p Macrobi.
1. Satur.
cap. 7.

tibus
propte
-
-
Et c
Hercu
tem, s
rent, i
nam eff
sed acc
mina P
capit
lata,
menti
altissi
manæ
Platon
Mund
que p
κόσμος
Mund
aliqua
tetur,
nem d
ob ore
bus vt
nomin
scilicet
rerum
Orbis
ac toti
te; ac
tinens

De Mundi, & Hominis Analogia. 5

tibus Ditem, & virorum victimis Saturnum placare se crederent,
propter oraculum in quo erat: O

Καὶ κεφαλὰς Ἀδὲ καὶ τῷ πατρὶ πείμπεται φῶτα. *hoc est*

Et capita Diti & patri mitite virum, siue, lumina
Herculem, ferunt, postea cum Geryonis pecore per Italiam reuertentes,
suasisse illorum posteris, ut faustis sacrificijs infauista mutarent,
inferentes Diti non hominum capita, sed oscilla ad humanam effigiem arte simulata; & aras Saturnias non mactando viros,
sed accensis luminibus excolentes; quia non solum virum, sed & lumina Phota significat. Inde mos per Saturnalia missitandis cereis capit.
Immo ut Vniuersi suprema pars, Caelum appellata, sideribus miro splendore micantibus diuinarum mentium q
habitaculum suspicetur: ita Hominis caput q 8. phys. t. 84.
altissima pars, oculorum fulgore splendida, mentis humanae Domicilium r 2. de place cap. 5.
Galeno intra se gerens, Caelo a Platone in Timæo comparatur aptissime. Recte igitur
Mundi nomen Homini congruit, ob cognatam vtriusque pulchritudinem, & bonitatem; qua ille Μεγάλος κόσμος, Magnus Mundus; hic μικρὸς κόσμος, Paruus
Mundus appellatur. Quam theoriam passim omnes aliqua ex parte tetigerunt; ac s. Simplicius aperte fatetur, ac persuasit Vicomercato, Animal, seu Hominem dici paruum Mundum, ac Magno Mundo similem, ob ordinem, & harmoniam multarum partium, ex quibus vtriusque natura coagmentatur. At vero nos aliam nominis cognationem in utroque hoc Mundo, Magno scilicet, ac Paruo, detegimus abditio- f 8. phys. com. 17.
rem: Quum enim Vniuersitas tribus nominibus passim appelletur; Orbis, a figuræ suæ rotunditate; Mundus, a partium ac totius Munditie, pulchritudine, atque concinnitate; ac Omne, seu Omnia, a sui amplitudine, qua continens in se cuncta, dicitur etiam Vniuersum, quasi om-

omnia in vnum versa: profecto tria hæc Magni Mundi nomina, Orbis, Mundus, Omne, per vnum hoc nomen Homo, tres tantum in se litteras habens, aptissime referuntur; dempta siquidem aspiratione, quæ vere littera non est, vt admonet Quintilianus, & Agellius in suis Noctibus Atticis, reliquæ sunt tres litteræ O M O, quæ sunt Acrostichis nominum Vniuersi, quarum prima denotatur Orbis, altera Mundus, tertia Omne: A nomine vero *Homo*, primam illam aspirationem non solum pepulit Danthes; sed tale nomen non aspiratum, nobis esse naturale, docet ea ratione, quod in vultu cuiusque nostrum aperte legatur; quum geminos orbes oculorum, duas orbiculares litteras exprimentes, ambiat triplex linea eminens nasi, & malarum, trifidam litteræ **M** figuram referens; dum & ait,

Pargat. Cant. 23. Paren l'occhi **M** *aiè annella senza gemme.*
Chi nel viso de gli huomini legge Omo,
Ben hauria quiui conosciuto l'emme.

Quandoquidem in facie hominis duæ malarum eminentiæ per superciliorum arcus coniunctæ superne cum naso, inde ad labia protenso, repræsentant litteram **M**; intra cuius lineas duæ cauitates oculorum efformant duas litteras O O; quæ quidem in vultibus hominum emaciatorum euidentius conspiciuntur sub hac imagine **M**: Nomen igitur Hominis, eiusdem vultui natura **M** liter inscriptum, est Acrostichis formata ex tribus litteris Orbis, Mundus, Omne; quæ sunt tria Vniuersi, seu Magni Mundi nomina. Quam opinionem satis innuere videtur sacra pagina, in qua legitur, *Signasti super nos lumen vultus tui Domine*: quum enim vultus ea pars vna sit, qua vnusquisque cognoscitur: Deus autem a nobis cognoscatur per visibiles magni mundi partes; ex quarum ordine, pulchritudine, ac motu no-

ster

ster in
sentia
gnus h
vultus
rei non
tefacit
nos lū
figura
Mundi

M

pite, &
illa par
cillanti
duntur
sti dete
quum a
vultui
neratio
ijsdem
apertu
citur O
nantur
circa te
globum
pra aer
que a n
gulæ sp
& figur
manæ n
namque
tundan
globi sp

ster intellectus attollitur in abditissimæ ac ineffabilis essentia Diuinæ qualemcumque notitiam; propterea magnus hic mundus sensibilis apte dicitur esse Domini Dei vultus: Lumen autem vultus congrue dicitur cuiusque rei nomen; quia nomen, ceu lumen, rem quamque patefacit, ac manifestat: Deus itaque tunc signauit super nos lumen vultus sui, dum in facie nostra depinxit, & figurauit naturali quadam Acrostichide tria sensibilis Mundi nomina, Orbis, Mundus, Omne, sub hac effigie **M**, quæ O M O est, nomen nostrum propriissimum.

Hinc recte apud Apuleium, Homo totus in capite, & vultu est; namque prudentia, & sensus omnes in illa parte continentur; cetera omnia membra capiti ancillantur. Hinc docte apud ^a Aristotelem reprehenduntur illi, qui Mundum ab inferiori sui parte subcælesti determinant generationi, & corruptioni obnoxium; quum a parte cælesti, quæ decreto ^b Platonis capiti & vultui proportionem respondet, denominari debeat generationis, & corruptionis experts. Itaque nominibus ipsdem appellantur Paruus, & Magnus Mundus; quod apertius atque distinctius inde constat; quia Magnus dicitur Orbis, eo quod omnes illius partes integrantes donantur * circulari figura; terra enim globosa est; Aqua circa terram mouetur tumida sphericitate; Aer circa globum ex terra, & aqua conflatum orbicularis est; supra aerem elementum ignis rotunditatem habet, atque a motu cœli voluitur in gyrum; supra elementa singulæ sphaeræ cœlestes orbiculari obtinent & motum, & figuram: sic Homo dici potest Orbis; quia partes humanæ maximopere gaudent rotunditate; sub sphaerico namque capite collum teres est; infra collum thorax rotundam æmulatur figuram; imus venter extuberat in globi speciem; brachia, femora, cruraque singula tor-

nantur

z r. de
dogm.
Plat.

a 4. Meta-
t. 23.

b in Timæ.

* 2. cœl. r.
26. & 30.

nantur tereti figura; partes etiam internæ cunctæ ad orbicularem imaginem effigiantur: Quin & circulum esse res humanas contestatur *c* Aristoteles. Platoni vero in Symposio apud Aristophanem perfectus ac integer homo rotundæ figuræ describitur; ac talis quondam ab initio fuisse dicitur lepida quadam narratione. Magnus ille vocatur Mundus a mundicie, ac pulchritudine, ut ait Plato in Gorgia; quam admirantur, & describunt egregie *a* Plato, *e* Aristoteles, *f* Galenus, *g* Plinius, & alij plurimi: Hominis item mira mundicies est, & pulchritudo; quam nemo non videt, nemo non prædicat; quamque custodiendam esse frequenter iubet sacra *b* pagina, leprosos, pollutos, & menstruatas arcens ab humano commercio; & immundorum animalium esum hominibus interdicens. Magnius demum ille Mundus, quod omnia contineat intra sui ambitum, appellatur Omne, ac Vniuersum; quasi omnia in vnum versa: sic Homo Magni Mundi compendium, ut dicebat *i* Ficinus omnia per quamdam similitudinem in se habet; Homo denique, ait, *ut* est mundus, per intellectum quidem refert proportionem aliquam firmamentum, per rationem speculatiuam Saturnum; per practicam Iouem; per utriusque expressionem Mercurium; per sensum imaginationemque Solem; per irascibilem Martem; per concupiscentiam Venerem; per vegetalem Lunam; per vehiculum Cælum; per corpus tractabile regionem elementalem: Nobis vero Mundi compendium est Homo; quia omnia per quamdam participationem intra se continet, elementa, ex quibus ceu mistum corpus constituitur; plantarum naturam, cum quibus est in genere vegetabilium; animalium sortem, cum quibus communem habet sentiendi, & mouendi facultatem, animalium, & constitutricem; cœlestem quoquo pacto substantiam; quia spiritiuosa substantia seminis humani proportionem

c 17. febr.
probl. 3.

a in Timæ.
e de Mund.
c 6. 7.
f 3. progr.
com. 3.
g lib. 2. c. 4.
b Deut. ca.
23.
Leuit. c. 15.
& alibi
passim.

i com. in
Plat. Tim.
cap. 29. f.
pend.

k 2. de an.
p. 16.

re-

respo
deniq
Intell
rumi
m. Ar
Timæ
minat
haben
lectua
co no
sensu
social
Homo
ut in
corda
quani
ne La
dicem
hæc fig
quoda
mirific
maxim
dum r



temur

respondet elemento stellarum, vt ait. l. Aristoteles; ac denique Diuinam quodammodo Mentem; quoniam Intellectus humanus Intelligentijs, Deoque summo mirum in modum similis, ac maxime cognatus est, eodem Aristotele doctore. Vnde rectissime Chalcidius in Timæo Platonis inquit, Homo paruus Mundus recte nominatur; quia ex iisdem omnibus est, corpore eandem habente materiam; anima eiusdem naturæ, scilicet intellectualis. n. Mirabellius Hominem denominat a Græco nomine *ὁμόνοια*, quod concordiam significat, & consensus; quod Homo sit animalium omnium maxime sociabilis: ceterum si a voce Græca denominari potuit Homo a concordia, dixerim, id propterea factum; quia vt in Mundo, sic in Homine mire consentiunt, & concordant inter se omnia penitus entia tam corporea, quam incorporea; quæ nuper enumerauimus: at vereor, ne Latina vox habeat suæ denominationis Græcam radicem; quum ipsa vox *Homo*, nulla sit apud Græcos in hac significatione. Igitur, vt supra probauimus, Homo quodammodo est omnia; & nomen habet, quod in se mirifice continet tria Vniuersi nomina; proindeque maxima reperitur Analogia inter Hominem, & Mundum ratione nominis.

Mundum, & Hominem conuenire in causa

finali. Cap. II.



Nomine Platonici consueuerunt ascendere ad essentiam rei; sed quoniam essentia cuiusque rei pendet, constituiturque, ac proinde innotescit ex eiusdem causis; iam opus est vt causas vtriusque Mundi meditemur. Porro decretis a Aristotelis, principatum in-

B

ter

l. 2. de gen.
an. c. 3.

1. Meta. su.
2. c. 2.
m. 1c. Ethi.
c. 7. 8. & 9.

n. in Litt.
Homo.

l. 1. de gen.
an. c. 3.

1. de part.
c. 1.

ter omnes obtinet caussa finalis; quæ, vt impellit effectricem ad rei primam productionem, ita prima est in efficientis intentione, ac in ordine doctrinæ. Profecto finalis caussa Mundi, & Hominis reciprocare videtur; nam Mundi finis proprius est Homo; & Hominis finis proprius est Mundus: communis autem finis vtriusque, Mundi, scilicet, ac Hominis, vnus est Deus. Mundi quidem finis proprius est Homo; nam Hominis gratia, *b* 2. phys. t. 24. Mundus conditus est; quod & *b* Aristoteles non diffitetur, dum ait, Hominem esse quodammodo finem omnium rerum; nam hæc propter nos sunt: dum constituit, *c* Naturam facere omnia hominum caussa; & dum comparat Vniuersum *d* Vrbi cuidam magnæ; in qua Deus lex est, in omnem partem ad æquilibrium vergens; *c* 1. polit. cap. 5. At vero eidem *e* Magistro ciuitates sunt propter vnum *d* de mūd. c. ult. Hominem factæ, vt in ijs bene viuat. Quare finis Mundi est Homo. Quam sententiam non solum collaudat *f* Genes. cap. 7. Glossator interlinearis in sacra *f* pagina, cui, *bos leone melior, quia homini necessarius, propter quem creata sunt omnia:* sed etiam apud *g* Platonem Socrates, qui seciueni mundanum esse dicebat. Hominis autem finis proprius est Mundus, quia finis Hominis proprius est Vniuersi Mundi perfecta cognitio; quum enim scientifico in vita contemplatiua finis vnus sit obiectum; ac finis vitæ contemplatricis vna sit veri cognitio: quum homo naturali quodam appetitu ducatur ad rerum omnium cognitionem; propterea finis humanæ naturæ est totius Mundi certa cognitio. Quin *h* Aristoteli forma est finis materiæ; quum autem homo per intellectum, veluti *i* materia, sit *k* potentia omnia: iam Hominis proprius, ac *k* 3. de an. verus finis est omne ens, atque adeo Mundus sub ratione entis cognoscibilis: Mundus enim ex omni natura, *l* 2. 17. 37. 38. tam sensibili, quam intelligibili constitutus, est ad æqua-

tum

tum o
bilia,
cet A
cogni
di tot
m Ar
omnia
quia e
teria:
beatit
xime
minis
mo; i
confer
sit Mu
dum
clesial
enim
conter
sa, eo
a θ Pe
pessum
ma;
homin
finis co
est, vt
munic
amare
est int
vt rect
dus vic
Diuin
quidā

De Mundi, & Hominis Analogia. II

tum obiectum hominis; qui per sensum fit omnia sensi-
bilia, & per intellectum omnia intelligibilia; vt l edo-
cet Aristoteles. Hominis igitur finis est Mundi totius
cognitio. Verum vnus & idem Deus finis est tum Mun-
di totius, tum etiam Hominis: Mundi quidem, vt ait
m Aristoteles; quia Deus est summum bonum, ad quod
omnia ordinatur, & in quo consistit bonum Vniuersi; &
quia est n forma totius, quæ semper est o finis suæ ma-
terix: Hominis autem, quia finis hominis præcipuus est
beatitudo, quæ consistit in contemplatione rerum ma-
xime p Diuinarum. Quum itaque finis Mundi, & Ho-
minis adeo connectatur, vt Mundi finis proprius sit Ho-
mo; nam Mundus conditus est a natura, vt Hominem
conseruaret, ac tueretur: Hominis vero finis proprius
sit Mundus; quoniam Homo constitutus est vt Mun-
dum q compleret, atque r contemplaretur, licet Ec-
clesiastes appellet hanc occupationem pessimam: id
enim malignitatem non significat, sed laborem; quia
contemplatio Mundi est hominibus occupatio laborio-
sa, eo prorsus nomine, quo labor improbus appellatur
a θ Poëta, non ab vlla malignitate, sic igitur occupatio
pessima dicitur contemplatio, quæ tamen bona, & opti-
ma; quum vita contemplatiua sit i finis præcipuus
hominis: Vtriusque vero, Mundi scilicet, ac Hominis,
finis communis vnus sit Deus; quia Mundus conditus
est, vt Deus, qui summe bonus est, se se ad extra com-
municaret: Homo vero creatus est, vt Deū cognosceret,
amaret, possideret, eoq; frueretur. Iam mira proportio
est inter Mundum, & Hominem ratione causæ finalis;
vt rectissime dicatur Homo esse parvus Mundus; & Mū-
dus vicissim a t Platone definiatur esse animal intelligēs
Diuina prouidentia constitutū, quod est dicere, Magnus
quidā homo; nam homo definitur esse animal rationale.

l 3. de an.
t. 37. 38.

m 2. de an.
t. 35.

12. meta.
t. 52. & se-
quentib.

n 1. meta.
c. 2.

12. meta.
t. 49.

o 2. phys.
t. 92.

j 10. Ethic.
cap. 7. & 8.

q Genes. 2.
r Eccle-
sialt. 1.

θ Virg. 1.
Georg.

j 10. Ethic.
c. 75.

t in Timæo

*Mundum cum Homine mira similitudo perspicitur in
vtriusque causa effectrice. Cap. III.*



a 2. phys.

t. 28.

b 2. phys.

t. 89.

c 1. de gen.

t. 55.

d 1. top. c. 9

e 8. phys.

t. 1. & seqq.

f 8. phys.

t. 15.

g 1. ccel.

t. 100.

h 1. meta.

t. 38.

Vum finalis causa maximam obtineat connexionem cum causa effectrice; nam finis definitur esse bonum, cuius adipiscendi a gratia causa efficiens operatur; diciturque adeo esse quod primo existens in agentis b intentione, ipsum saltem c metaphorice mouet de otio ad negotium, impellitque ad operandum: propterea post causam finalem, in Vniuerso, & in Homine perspectam; ad effectricem Magni, & parui Mundi causam considerandam aggredi par est. Qua quidem in re mirificam habemus Mundum cum Homine cognationem; quum vterque vnā & eandem habeat sui causam effectricem Deum Optimum Maximum. De Mundo quidem certissima res est, etiam apud Aristotelem; quum enim Magister quæstionem Vtrum Mundus sit æternus, an non, constituat esse problema d neutrum, seu dialecticum; de quo neutro modo, seu contrarie opinantur sapientes; quippe vtriusque sunt rationes suasibiles; licet ad æternitatem primi Motoris adstruendam e confirmauerit Mundi æternitatem: Vt cumque tamen de Mundi æuo censuerit, semper Vniuersi vnā effectricem causam assignauit Deum summum; etenim si Mundum æternum esse constituit, ille, qui æternorum effectuum æterna f principia cognouit, Orbis æterni causam effectricē æternā assignare potuit; non quidē a qua Mundus aliquādo productus fuerit, quā antea non esset; quoniam hæc origo solis competit non æternis; sed a qua tum ab g æterno dependeat in esse; tum semper in æternum conseruetur: id enim principium, a quo quid

quid dependet in esse, & in conseruari, ad genus effectricis causæ reducitur; si nomine *g* esse, non essentiam, sed existentiam intelligamus; forma enim est principium *b* essentia, causa effectrix existentia; pater *b* 2. de an. t. 37. etenim filio causa est ut sit; anima filij causa est filio ut sit homo. Ceterum in Aristotelis doctrina, Mundi, quem is existimat æternum, causam effectricem esse vnum Deum, multa sunt quæ suadeant aperte: in primis enim *i* Aristoteles a natura Diuina extra cœlum degente vitam beatissimam, quæ nihil est aliud quam Deus, *i* 1. cœl. t. 100. ut *k* alibi late probauimus, ait, pendere rebus omnibus esse, & viuere, his quidem clarius, his autem obscurius; esse nimirum existentia, & viuere, quod est esse *l* 2. de an. t. 37. existentia: ac ut omnium rerum nomine nil nisi Mundum ibi significat *m* Aristoteles; ita per causam rebus omnibus esse contradistinctum ab ipso viuere tribuentem, non aliud quam effectricem designauit: Deus igitur ab Aristotele ponitur causa effectrix totius Mundi. Deinde vero apud eundem Aristotelem habemus hoc dogma, *n* Deus etenim tum causa omnibus esse videtur, tum quoddam principium: nempe Deus Vniuersi tum absolute causa est; nam forma, & finis est Orbis totius tum speciatim est ea causa, cui proprie conuenit esse principium aliquod; ea vero est causa effectrix; nam etsi omnis causa *o* principium sit; tamen quæ determinate principium quoddam est, una effectrix est, quæ sola in sui *p* definitione dicitur esse principium: quum etiam *q* forma, *p* 2. phys. t. 28. non in relatione ad materiam, cuius est forma, sed in respectu ad operationes, quarum est causa effectrix; *q* 2. phys. t. 3. definiatur esse principium aliquod: scilicet forma est principium effectiuum motus; materia est causa subiectiua motus; propterea natura, quæ *r* commune quid est ad materiam, & ad formam, definitur esse principium ali-

aliquod, ratione formæ, & causâ motus & quietis, ratione materiæ. Sic igitur ens illud, quod est rebus omnibus tum causâ, tum principium aliquod, est determinate Mundi totius causâ efficiens: at Aristoteli Deus *f* hic videtur esse tum causâ omnibus, tum principium quoddam: igitur ex Aristotele Deus est causâ efficiens Vniuersi. Deinceps autem apud eundem *t* Auctorem laudatur Anaxagoras, & Hermotimus, qui dixit, *Vt in animalibus, ita in natura intellectum inesse causam Mundi, totiusque ordinis*: sed intellectus inest solum in animalibus rationalibus, quæ sunt homines *u* Aristoteli: & in homine rationalis anima est causâ triplicis generis, ac potissimum efficiens: igitur ex Aristotele Diuinus Intellectus est causâ effectrix totius Mundi. Præterea vero causâ efficiens Aristoteli definitur *y* passim esse id, vnde principium motus, ac mutationis primum: tale vero principium primum motus & mutationis eidem Doctori nihil aliud est, quam *z* natura in materiam & formam *a* distributa; & quum certum sit, ab eo efficiente, vnde materia pendet, formam etiam prouenire; certo certius est, Aristotelem collaudantem eos, qui dixerunt Diuinum Intellectum esse causam mundi, totiusque ordinis, eo loci alteram Dialectici, siue Neutri problematis partem approbare, qua constituitur Deus esse causâ effectrix tum materiæ mundi, tum eiusdem formæ accidentariæ, quæ in ordine partium consistit: Vt enim animalium anima in eorum constitutione partes corporeas efformans, & organizans, causâ est effectiua mirabilis illius ordinis, quo illæ inuicem disponuntur ad integritatem totius animalis: ita Deus Aristoteli dicitur esse causâ totius ordinis; quia Mundus, vt *b* alibi docuit, est ordo & digestio vniuersorum, quæ a Deo, & per Deum asseruantur; & speciatim, quia *c* verus sermo est,

ait,

f 1. meta.
sum. 1. c. 2.

t 1. meta.
su. 2. cap. 2.

u 2. de an.
1. 29.

x 2. de an.
1. 36. 37.

y 2. phys.
1. 28.

z 1. meta. 1. 2.

a 1. phys.
1. 3.

b 1. phys.
1. 4. & 21.

c de mund.
cap. 2.

b de mund.
cap. 7. init.

ait, a
Deo, tunc
que natu
fidium
cys per
tur, at
Insupe
le peni
tum in
det: n
est ma
Deo p
ceteru
forma
vt bon
actu;
quia m
ponitu
operat
est pri
natur
Ampli
scrime
ta vte
nerat
Vniue
pho c
dem
bet, v
Perser
ipsum b
ipsum
exercit

ait, a maioribus proditus inter omnes homines, & vniuersa tum ex Deo, tum per Deum constituta fuisse, atque coagmentata, nullamque naturā satis instructam ad salutem esse posse, quæ citra Dei præsidium suæ ipsa demum tutela permissa sit: Quia d. Dei solius auspicijs perenniter & compositæ præeuntis vniuersus hic cæli ordo regitur, atque administratur, numeros omnes concinnitatis habens.

Insuper e Aristoteli Deus est tale principium immobili penitus, actu ens, ac necessarium, a quo tum cælum, tum infra cælum collocata natura elementaria dependet: modo constitutum ex cælo & elementari natura, est magnus mundus, ac Vniuersum: itaque Mundus a Deo pendere dicitur vt a principio, quod est ens actu: ceterum tale principium est causa efficiens; tum quia forma operatur, vt actus; materia, vt potentia; finis, vt bonum potentia comparabile; agens solum, vt ens actu; nam omne agens agit quatenus est f. actu: tum quia materia est principium, ex g. quo res fit, & componitur; forma est principium h. quo primo res est, & operatur; finis est id i. cuius gratia sola causa efficiens est principium a. k. quo res fit, & conseruatur, & gubernatur: igitur Aristoteli Deus est causa Mundi efficiens.

Amplius efficiens causa, ad materialis formalisque discrimen, quæ sunt partes compositi effectus, est separata vtcumque ab effectu suo; nihil enim l. seipsum generat; modo Deus m. Aristoteli dicitur esse bonum Vniuersi ab eo separatum: ergo Deus eidem Philosopho est causa efficiens Vniuersi. Posterius apud eundem n. Magistrum Deus erga Mundum totum se habet, vt Dux erga exercitum; ait enim citatis verbis, Perscrutandum autem etiam hoc, quomodo natura Vniuersi habeat ipsum bonum, & ipsum optimum: Vtrum separatum quiddam, & ipsum, an per se, an ipso ordine; an utroque modo: quemadmodum exercitus: etenim bene esse eius in ordine, & dux ipse est; ac magis

d. de mund.
cap. 7. circa fin.

12. meta.
1. 38.

f. 3. phys.

1. 17.

g. 1. phys.

1. 65. 82.

h. 2. de an.

1. 24.

i. 1. de gen.

1. 55.

2. de an. 1.

37.

k. 2. phys.

1. 28.

l. 2. de gen.

an. c. 1.

2. de an. 1.

47.

8. phys. 1.

60.

m. 12. meta.

1. 52.

n. Ibid.

ip-

ipſe non enim ipſe propter ordinem; verum ordo propter ipſum eſt.

At vero Dux eſt cauſſa efficiens, quæ primo exercitum cogit, conſtituitque; conſtitutum, coactumque deinde mouet, atque gubernat: Deus igitur Ariſtotele doctore, ſe habet ad omnia entia, vt Princeps ad ſuos ſubditos: ſed Princeps ad ſubditos ſe habet vt cauſſa mouens, eos gubernans, ac regens, prauos poenis mulctando, probos premijs honorando: ſic igitur Ariſtotele Deus eſt cauſſa efficiens Vniuerſi. Cauſſa, inquam, efficiens Vniuerſi eſt Deus in Ariſtotelis doctrina, Mundi æternitatem inter *p* neutra problemata reponente; tum quia Mundum *q* partitus in cœleſtem, & elementariam regionem, ætheream Vniuerſi partem a *r* ſolo Deo, ſeu conditam ab initio *f* temporum, ſeu dependere cenſuit Ariſtoteles ab æterno, ſine vllius peculiaris efficientis miniſterio: ſed partem elementarem aſſidue *n* gigni, & interim conſtituit a *r* Deo quidem, verum vt a cauſſa comuni & remota; quæ gubernat cauſſas ſecundas, & proximas: cum quibus concurrat eminenter *z* cooperans ad omnes effectus producendos. Ita ergo Magiſter nos edocuit, Deum eſſe cauſſam effectricem Vniuerſi. Sed pari plane modo Deum eſſe cauſſam Hominis effectricem nobis comprobatur idem Ariſtoteles: In primis enim Homo proprie generatur, & conſtituitur in eſſe per animam a rationalem, prout a vegetali, & a ſenſitricem contradiftinguitur; vt ait Ariſtoteles: cui quum Homo partem animæ ſuæ mortalem a parentibus adipiſcatur interuentu ſeminis, nimirum vegetalem a *b* matre, & ſenſualem a patre quibus cooperatur Deus vt cauſſa omnium prima, ſine qua nulla *e* ſecundarum quicquam efficere poteſt: immortalẽ tamen partem animæ ſuæ quilibet homo

in

o 12. meta.

t. 56.

Ipſe 8.

in poli.

paſſim.

p 1. top. c. 9.

q 4. meta.

t. 23.

r 1. meta.

ſu. 2. c. 2.

12. meta.

t. 28.

f 2. poli.

cap. 6.

3. de gen.

an. c. 11.

r 1. cœl.

t. 100.

n 1. de gen.

t. 13.

4. meta. t.

23.

a 2. de gen.

t. 59.

7 12. meta.

t. 56.

z 1. cœl.

t. 32. &

100.

a 2. de gen.

an. cap. 3.

b 2. de gen.

an. cap. 4.

r 8. phyſ.

t. 33.

in ortu
d acced
ſibi ob
cuique
niat: i
perinde
vero M
attiner
quod ſi
do ſep
phyſic
formas
probat
nerat,
homo p
ma mo
animal
qui foet
vt innu
mus in
ne k I
ipſum c
locum
hac item
apertifi
m alio
accendit
genera
tibus in
portion
do inte
obliqui
ctitur S

in ortu suo, non a parentibus habet, sed extrinsecus
 d accedentem sibi e aduenam, adeoque a summo f Deo d 2. de gen.
 sibi obtinet impertitam: Quum igitur forma, & anima an. c. 3.
 cuique composito non nisi a sua causa effectrice proue- e 4. de part.
 niat: iam ex Aristotele causam hominis effectricem, c. 10.
 perinde ac Mundi, Deum esse dicere debemus. Deinde f 3. Rhetor.
 vero Magister, idem g alibi decernens, Ad physicum g 2. phys.
 attinere considerationem formæ, prout est in materia, t. 26.
 quod si quæ forma sic est in materia, vt ab ea sit aliquan-
 do separabilis; eius separatæ meditationem non esse
 physicam, sed ad Metaphysicum pertinere: dare vero
 formas in materia degentes, ab ea separabiles; ex eo
 probat ibidem Aristoteles, quod Homo hominem ge-
 nerat, & Sol; nempe quoniam hominem generat tum
 homo parens, qui foetui suo tribuit in vtero partem ani-
 mæ mortalem, qua communicat cum plantis, & brutis
 animalibus: tum etiam Sol, hoc est, Deus optimus;
 qui foetui nostro conciliat animæ partem immortalem;
 vt innuit hoc in loco b Psellus; & nos late confirmaui- b com. in 2.
 mus in opere i De Ortū animæ humanæ, ac in volumi- phys. t. 26.
 ne k De Immortalitate animæ rationalis. Insuper hoc i lib. 1. c. 49.
 ipsum clare videtur contestari Magister l alibi fere hunc k lib. 2.
 locum declarans his notis, Homo hominem generat, præter cap. 31. 32.
 hac item cuncta mouens, tamquam omnium primum. Ad hæc & 33.
 a pertissime comprobatur hanc sententiam Philosophus l 12. meta.
 m alio in loco scribens, Quod Deus in anima lumen intellectus t. 24.
 accendit: videlicet, quod Deus, vt Sol incorporeus, in
 generatione hominis accendit in anima, foetui a paren-
 tibus indita, mentem, & intellectum; qui n lumini pro- n 3. de an.
 portione respondet. Amplius Aristoteles o aliquan- t 18.
 do inter causas hominis effectrices, præter patrem, & o 12. meta.
 obliquum circulum (p quo cum alijs planetis comple- t. 26.
 ctitur Solem) connumerat etiam Solem, scilicet Deum p 2. de gen.
 t. 56.

§ lib. 2. cap. 4. summum; ut fuse probauimus in opere De 7 Animo-
 rum Immortalitate: quam theoriam non est ut hic re-
 § 1. coel. petamus. Præterea Philosophus 7 asserit, a Deo, ex-
 t. 100. tra cælum vitam felicissimam agente, pendere cunctis
 rebus esse, ac viuere; his quidem clarius, his autem ob-
 scurius: modo quæ a Deo pendent obscurius, ea sunt,
 quorum Deus est causa remota; quæ autem ab eo cla-
 rius pendere dicuntur, sunt ea, quæ proxime pendent,
 ac efficiuntur a summo Deo: cæterum nihil inter no-
 stratia, seu inter corpora reperitur, quod a Deo imme-
 diate procreetur, nisi Mundus, & Homo quoad animam
 rationalem: igitur Hominis anima rationalis effectri-
 cem sui causam obtinet Deum optimum de sententia
 f 2. de im. Magistri: quam rationem § alibi nos diligenter explica-
 an. cap. 44. uimus. Vt, anima rationalis, qua foetus fit homo,
 2. de gen. ad aliarum omnium differentiam, doctore 7 Aristote-
 an. cap. 3. le, Diuina est: sed quum aliæ animæ Deum habeant sui
 causam effectricem remotam; sola rationalis est ideo
 Quol. Diuina; quia pendet a Deo, ut a sui causa effectrice
 q. 21. proxima, & immediata. Quod etiam obseruauit subti-
 lium Princeps ille Scotus, inquiens, Quia certum fuit Aristote-
 telem secundum sua principia posuisse animam intellectiuam esse à
 Deo immediate; & ad hoc attingere potest ratio naturalis, quum sit
 immortalis: & ita aliquid nouum potest immediate esse à Deo; &
 tamen non contradicit sibi secundum sua principia. Quin etiam
 x 1. polit. x Aristoteles Homerum laudat, qui scribit, Iouem; hoc
 cap. 8. est, Deum summum, esse patrem, adeoque genitorem,
 7 Plin. l. 2. Deorum, hoc est corporum cælestium; quæ ab 7 Anti-
 c. 1. quis, & ab ipso 2 Aristotele, Deorum nomine nuncupa-
 x 2. coel. bantur. Ita ergo Deus optimus est causa efficiens im-
 t. 17. mediata Mundi, & Hominis eadem ratione apud Ari-
 stotelem; quia ut Mundum ab æterno proxime proue-
 nisse

nisse de
 specien
 animos
 emana
 lis hum
 singula
 no duc

Mun



caussa
 mum
 efficie
 primu
 propr
 mum
 sam e
 merit
 Porro
 que in
 vna q
 rem d
 totius
 accide
 ordo
 tum;

nisse dependereque a Deo, censuit Philosophus; ita tum speciem humanam, tum singulos hominum intellectus, animosque rationales ab æterno immediate produci, ac emanasse putauit a summo Deo; sed in tempore singulis humanis conceptibus organisatis infundi; adeoque singulos homines quotidie a Deo procreari, vt ab æterno dudum Vniuersum produxit, de mente Philosophi.

*Mundo, & Homini consimilem utcumque inesse
causam formalem. Cap. IV.*



Effectrici causæ proxima est formalis, quæ ab illa proxime dependet, siue per educationem e potestate materiæ, vt forma omnis caduca, siue per creationem, siue per simplicem emanationem ab agente, vt forma quæuis æterna: Quo nomine causa efficiens generatim *a* definitur esse id, vnde primum principium mutationis, & status; quoniam causa efficiens est id, vnde prouenit pendetque forma, quæ est primum principium motus & quietis; quum sit maxime propria præcipuaque *b* natura; quæ definitur esse primum principium *c* mutationis, & quietis. Post causam effectricem, qua Mundus, & Homo conueniunt, merito nunc vtriusque forma nobis consideranda est: Porro duplex in quouis composito naturali; proindeque in Mundo, & in Homine forma considerari potest; vna quidem accidentalis; quæ in exteriorem, & interiorem diuiditur; altera vero substantialis, quæ in formam totius, & in formam partis subdiuiditur. Forma Mundi accidentalis exterior, est eius figura; interior autem, est ordo partium Mundi ad inuicem in relatione ad totum; quæ pulchritudo nuncupatur: Forma vero totius,

quæ Mundi essentia dicitur, inferius aptiori loco, vt & Mundi figura, & pulchritudo, considerabitur; nunc forma partis appellata nobis est introspectienda, quæ propriissime dicitur forma substantialis. Mundi sane forma substantialis Aristoteli est anima, eaque intellectiua, & omnino Deus optimus vniuerso assistens; vt Philosophi placita meditantibus manifestum fiet: In primis enim Aristotele *d* doctore Cœlum, & Vniuersum est animatum, obtinens in se principium sui motus *e* effectuum, & animalium proprias differentias positionum, sursum, deorsum, dextrum, & sinistrum: at essentialis forma animantium est anima: Mundus ergo habet eam formam essentialem, quæ collocatur in animarum serie. Præterea vero scribit *f* Aristoteles, *Primum igitur non bene est dicere animam magnitudinem esse: eam enim, quæ Vniuersi, talem esse vult, qualis est vocatus intellectus; non enim qualis sensitiua est, nec qualis desideratiua, &c.* Deinde vero Magister *g* ait, Vt in animalibus, ita in tota natura intellectum esse causam Mundi, totiusque ordinis: at Aristotelis decretis, *h* omnis anima, proindeque intellectiua in omni corpore animato, est causa non solum efficiens, & finalis, verum etiam formalis: ergo Mundi forma substantialis est anima intellectiua. Deinceps autem autor libelli de Mundo, siue, vt ego quidem *i* arbitror, is fuerit Aristoteles, siue Theophrastus, vt alij crediderunt, asseuerat Deum esse causam, quæ cunctarum ipsa rerum vim habet tutricem, & *k* continentem; modo causa fouens, & continens materiam vna est forma, vt non semel docuit *l* Aristoteles: Magister itaque censet Deum esse causam formalem Vniuersi. Postea Cælium, ac Vniuersum est vnum numero, & specie; quia eius forma, quæ est ipsum quod quid erat esse primum, est actus absque materia; proindeque vnum numero, &

spe-

d 2. cœl.*t* 13.*e* 8. phys.*t* 29.*f* 1. de an.*t* 46.*g* 1. meta.*su* 2. c. 2.*h* 2. de an.*t* 36. 37.*i* 2. Alleg.

Perip. cap.

5.

k lib. de

mund. c. 7.

l 3. phys.*t* 67.*4* cœl. 1. 3.*4* 1. 1. 1.

3.

2 de an.

12.

species;
esse, vni
tur Vni
summus
vitæ est
eidem p
pora an
go mult
habebit
omnia t
princip
solus D
est form
est q ac
ma; & i
terum A
totum, c
Aristote
igitur A
ma Mun
rissimi v
sumpliss
tione fac
Philosop
nuam faci
τω, ou
dicuntq
fissimis:
tione vn
rum; Occ
lishuman
generation
non modo l

specie; ut ait *m* Aristoteles: sed primum quod quid erat
 esse, vnum numero, & specie, solus est Deus optimus: igitur
 Vniuersi forma substantialis Aristoteli Deus est ipse
 summus. Insuper apud eundem *n* Aristotelem, principium
 vitæ est anima; adeoque *o* forma substantialis animati: sed
 eidem *p* doctori, principium vitæ primi cœli ad alia cor-
 pora animata multum habet excessum perfectionis: er-
 go multo magis principium vitæ totius Mundi maximū
 habebit excessum perfectionis ad alia corpora viuientia
 omnia tam cœlestia, quam subcœlestia: modo tale vitæ
 principium, maximum habens excessum perfectionis est
 solus Deus optimus: ergo Deus ex Aristotele dicendus
 est forma Vniuersi, & anima Mundi. Posterius forma
 est *q* actus, & perfectio, quæ complet id, cuius est for-
 ma; & in eo est causa cunctarum *r* operationum: cæ-
 terum Aristoteles ait aperte quod *t* Deus compleuit
 totum, continuam faciens generationem; quæ ab eodem
 Aristotele constituta est esse operatio *v* Vniuersi: Deus
 igitur Aristoteli forma substantialis est Vniuersi, & ani-
 ma Mundi: Non possum autem hic præterire, quod cla-
 rissimi viri contra Magistrum asserunt, eum plurima de-
 sumpsisse placita ex Ocello Lucano, nulla illius men-
 tione facta, & inter cætera locum hunc asserunt, in quo
 Philosophus ait, *x* Reliquo modo completit totum Deus, conti-
 nuam faciens generationem: & sua lingua, *πῶς δὲ ποιεῖται τὸ
 πᾶν, οὕτως ἐπὶ τῷ ὅλῳ ὁ θεὸς ἐντελεχῆν ποίησας τὴν γένεσιν.*
 dicuntque prius hoc ab Ocello scriptum fuisse verbis ip-
 sissimis: quum tamen hic Aristoteles agat de genera-
 tione vniuersim sumpta rerum omnium ortui obnoxia-
 rum; Ocellus autem agat speciatim de generatione pro-
 li humanæ, his notis; *y* De mutua autem ipsorum beniuolentia
 generatione, quomodo scilicet, & ex quibus recte perfici possit, ita t
 non modo legitime facta, sed temperantia, & pietate simul operan-
 te

rehabita esse videatur, operam precium existimo hunc in modum statuere; Et primo quidem hoc ipsum cogitare, quod non voluptatis, sed procreandæ sobolis causa mulieribus admiscetur: Siquidem facultates ipsas, instrumenta, et appetitus hominibus dedit Deus, non ut voluptate fruantur, sed ut eorum genus perpetuaret, ac permanscat: Nam quum fieri non possit, ut homo ipse, qui mortalis natus est, diuinitatis efficiatur particeps, si generis immortalitas assumatur, in singulis supplens Deus, et generationem hanc infinitam, et continuatam reddidit. Hoc igitur unum spectare in primis oportet, non esse concumbendum voluptatis causa. Qua de re ne verbum quidem Aristoteles eo loco. Quin & postremo huius Ocelli sententiæ genuina verba plurimum dissident a verbis Aristotelicis nuper allatis, ait enim Lucanus, καὶ ἵκασον ἀνθρώπων ὁ θεός, ἀκατάληπτον ποίησας καὶ σωεὶν τὰ πάντα γενέσθω. Sed redeamus ad pensum. Vltterius, bonum per se inexistens vnicuique rei, est eius forma substantialis: modo bonum Vniuersi, per se illi inexistens, maxime Deus est, qui Mundo assistit, ut Dux exercitui, ac Princeps ciuitati; quod monuit Aristoteles: Deus igitur est anima Mundi, & forma essentialis Vniuersi apud Aristotelem. Amplius Mundi pars essentialis præcipua, & princeps, est illius forma substantialis; quum materia cedat nobilitate ipsi formæ, cuius gratia est: at Aristoteli Deus est mundi pars præcipua, & princeps: ergo Deus Magistro est Mundi forma substantialis. Dein Philosophus asserit; Mundum esse constitutum ex ijs, quæ sunt homine longe diuiniora: sed vnus Deus est homine quoad animam longe diuiniore; nam Intelligentiæ secundæ proximo gradu rationalem animam supergrediuntur: quod & sacra pagina nos docuit; in qua legimus, tum Angelos esse confervos hominum; tum, Quid est homo, quod memores eius aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paullo minus

2. 1. phys.
1. 81.

12. meta.
1. 52. & sequentib.
2. de an.
1. 2.

2. phys. 12
2. phys.
1. 92.
de mund.
cap. 7.
12. meta.
1. 56.

6. Ethic.
cap. 7.
Apoc. c. 22
Chry. ost.
in ep. ad
Hebr. c. 1.
& 2. hom. 3
Plat. 8.

nus ab Ang
super opere
sententia
sunt in m
substanti
i decreto
lo; atque
stente in
competit
sim sua m
tus in eo
est esse f
Vltterius
tas, & pop
forsan impo
netur: carn
in populosa
fide; nam l
sarium esse
potest recip
quæ & hoc
in loco di
mox. Hoc
re debemus
ad equilibri
rietatem; q
lis præscript
euntis Vni
omnes conc
Vnde non
dem Arist
uersum di
continere

nus ab Angelis; gloria, & honore coronasti eum, & constitisti eum
 super opera manuum tuarum. Quin Aristoteles in eandem
 sententiam infert, Hominem esse optimum eorum, quæ ^{h. 6. ethic.}
 sunt in mundo: Deus igitur est anima Mundi, & forma ^{cap. 7.}
 substantialis assistens Vniuerso. Posthæc, Aristotelis
 i decreto, Deus est in Vniuerso, & vicissim cuncta in il- ^{7. Eucl.}
 lo; atque omnia mouentur ad boni appetitum ab inexi- ^{cap. 18.}
 stente in nobis Numine: modo soli formæ substantiali
 competit esse in sua ^{h. materia}; & esse id, in quo vicis- ^{2. phys.}
 sim sua materia ^{l. continetur}; & esse principium ^{m. mo.}
 tus in eo, in quo est: Deus igitur ex Aristotele dicendus ^{3. phys.}
 est esse forma substantialis Vniuersi, & anima Mundi. ^{67.}
 Vtcrius ait ^{n. alibi} Magister, Non enim est idem magna Cui- ^{3. phys.}
 tas, & populoſa: quin etiam re, & effectus patet; quia difficile est, & ^{4. cel. 35. &}
 forſan impoſſibile, vt quæ nimium populoſa ſit Ciuitas, optima guber- ^{2. de an. t.}
 netur: earum certe, quæ bene gubernari dicuntur, nullam videmus ^{39.}
 in populoſam multitudinem eſſe diſfuſam: patet etiam ex rationum ^{2. de an. t.}
 fide; nam lex ordinatio quædam eſt, & bonam legis poſitionem neceſ- ^{24. 1. 3. &}
 ſarium eſt eſſe bonam ordinationem: at multitudo nimium magna non ^{7. polit.}
 poteſt recipere ordinationem: Diuina enim potentia id opus eſſet; ^{cap. 4.}
 quæ & hoc totum continet: Hisque conſentanea ſcribitur * alio ^{* de mund.}
 in loco dicens, Quod lex in Ciuitate, hoc Deus eſt in Mundo: & ^{cap. 7.}
 mox. Hoc idem de Vrbe maiore, & de hoc inquam, Mundo exiſtimare
 debemus: Deus enim nobis lex eſt; in omnem illa quidem partem
 ad æquilibrium vergens, nullam correctionem admittens, nullam va-
 rietatem; quippe quæ potior ſit illis legibus, & ſtabilior, quæ in tabu-
 lis præſcriptæ ſunt: eius enim auſpicijs perenniter & compoſite præ-
 euntis Vniuerſus hic Cæli ordo regitur, atque adminiſtratur, numeros
 omnes concinnitatis habens; in omnes ipſe naturas partitus, &c.
 Vnde non vna ratio propoſiti deducitur; primo ſiqui- ^{7. polit.}
 dem Ariſtotele Deus ^{o. continet} hoc totum, quod Vni- ^{cap. 4.}
 uerſum dicitur: ſed eidem ^{p. Auctori} proprium formæ eſt ^{4. cel. r.}
 continere materiam: igitur apud eundem Philoſophum ^{23. 35. &}
 Deus ^{2. de an. t.}

Deus est forma substantialis Vniuersi, & anima Mundi.
 Deinde Magistro Deus erga Mundum se habet vt lex
 in Ciuitate: Modo lex est anima Ciuitatis, & forma sub-
 stantialis Urbis, optime regens omnes eius partes: ergo
 Deus Aristoteli est anima Mundi, & forma substantialis
 Vniuersi. Deinceps proprium formæ substantialis est,
 perficere totam suâ materiam, singulasque illius parti-
 culas bene gubernare: modo Deus q Aristoteli bene gu-
 bernat omnia entia, & vbiq; locorum est in r Vniuer-
 so: Deus igitur apud Aristotelicos est anima Mundi, &
 forma substantialis Vniuersi. Hanc opinionem ante Ari-
 stotelem coluit Pythagoras; qui Deum definiens apud
 s Lactantium scribit, Deum esse animum, qui per Vni-
 uersas Mundi partes, omnemque naturam commens,
 atque diffusus, ex quo omnia quæ nascuntur animalia
 vitam capiunt. Idem censuit t Virgilius, cui tum
 ——— Iouis omnia plena:
 46. Æneid. tum, n Principio cælum, terras, camposque liquentes,
 Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque astra
 Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
 Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
 4. Georg. tum x alibi construitur,
 ——— Deum namque ire per omnes
 Terrasque, tractusque maris, cælumque profundum:
 Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum;
 Quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas.
 Deor. Democritus Abderites, relatu y Gyraldi, existimauit
 Get. syn. 1. Deum esse mentem, & Mundi animam. Eiusdem x te-
 2. ibid. stimonio Marcus Varro Deum ait se arbitrari esse ani-
 1. de plac. mam Mundi. Plutarcho referente, a Thales asseruit
 Phil. cap. 7. Deum esse mentem Mundi, adeoque animam Vniuersi.
 6. 10. Ethic. Sed redeamus ad Aristotelem, qui statuit b alicubi,
 c. 4. 7. & 8. Vnumquodque esse id, quod in eo est summum, & me-
 lius;

lius; pr
 in hom
 esse id
 substan
 clarissu
 di anim
 na, in c
 & omnia
 namqu
 cui cor
 In
 tum M
 nia qu
 euiden
 les his
 esse corp
 neque va
 illo sunt
 que vlla
 sunt lati
 tam, &
 nomen
 vite vni
 animu
 nem &
 nens, au
 tale &
 tem obse
 sententi
 sum intr
 mum que
 melius e
 prauitat

Mundi. et vt lex
ma sub-
tes: ergo
stantialis
ialis est,
us parti-
bene gu
Vniuer-
undi, &
nte Ari-
ens apud
per Vni-
ameans,
animalia
um

lius; proindeque hominem esse intellectum; quo nihil est
in homine & præstantius: profecto dum asserit Deum
esse id quodcumque est; qui & sæpe definierat formam
substantialem esse rationem eius quod quid erat esse;
clarissime docet Deum esse Vniuersi formam, & Mun-
di animam. Quod aperte satis innuitur in sacra pagi-
na, in qua legitur, *f. Spiritum Domini replere orbem terrarum,*
& omnia continere; vt notat Glossographus: continere
namque munus est formæ erga materiam & Aristoteli
cui consentiens tum Lucanus cecinit,

Iuppiter est quodcumque videt, quodcumque mouetur.
tum Mercurius in Asclepio scribit, Deum solum esse om-
nia quæcumque reperiuntur. Verum subtilissime, ac
evidentissime theoriā hanc professus est *b. Aristote-*
les his notis, *Extra autem calum quod neque est, neque contingit*
esse corpus, ostensum est: Manifestum igitur est, quod neque locus,
neque vacuum, neque tempus est extrinsecus: quapropter neque quæ
illio sunt, nata sunt in loco esse, neque tempus facit ipsa senescere, ne-
que vlla transmutatio vllius eorum est, quæ super extima disposita
sunt latrone; sed inalterabilia, impassibilia, optimam habentia vi-
tam, & per se sufficientissimam, perseverant toto æuo: etenim hoc
nomen Diuine enuntiatum est ab Antiquis: Finis enim, qui continet
vitæ vniuscuiusque tempus, cuius nihil est extra secundum naturam
æuum vniuscuiusque vocatum est: secundum eandem autem ratio-
nem & totius calis finis, & finis omne tempus ac infinitatem conti-
nens, æuum est, ab eo quod sit semper sumpta denominatione, immor-
tale & Diuinum: Vnde & alijs pendet, hi, quidem exactius, his au-
tem obscurius, esse & viuere: Etenim quemadmodum in vulgaribus
sententijs circa diuina sæpe declaratur rationibus, quod Diuinum ip-
sum intransmutabile esse necesse est omne, primum, ac maxime sum-
mum quod sic se habens attestatur ijs, quæ dicta sunt: neque enim aliud
melius est quod moueat: illud enim esset vtiq; diuinius: neque habet
prauitatem vllam, neque indigens suorum bonorum vlllo est: & inces-

D

fabili

c. 1. de an.
t. 82.
d. 9. Ethic.
cap. 4.
e. 2. phys.
t. 28.
f. 2. post. t. 8
g. meta. t. 3
h. Sapien.
cap. 1.
i. 3. phys. t.
67.
4. cel. t. 35.

b. 1. coel.
t. 100.

*subili utique motu mouetur rationabiliter: Omnia enim, quæ mouen-
 tur, quiescunt, quum venerint in proprium locum: eius autem corporis,
 quod circulariter mouetur, idem est locus, unde incipit, & in
 quon finit. Quæ omnia sic i olim nos interpretati fui-
 mus, Quum in opere de Cœlo Magister k scientificam
 Vniuersi contemplationem sibi proposuisset; postea-
 quam Mundi materiam explicauit; aggreditur nunc
 formalem, finalem, & effectricem causam Vniuersi,
 quantum Physiologo licet, considerare; nam l alibi
 præceperat Aristoteles, ad cuiusque rei scientiam Phy-
 sico declarandas esse singulas illius causas proximas,
 formam, finem, effectricem, materiam: Quum autem
 materia proxima Vniuersi longe notior sit, quam for-
 ma, finis, & efficiens; ideo post materiam cōsiderat alias
 Mundi causas, quarum theoriam non alibi quam vnico
 textu hoc vere cœlesti complexus est Aristoteles, tres-
 decim attributis innixam; quæ singula mirifice nostrum
 propositum aperiunt: Primum attributum est, quod Ari-
 stoteles de his causis agit numero multitudinis, m Qua
 illic sunt, vbi dixerat non esse locum, neque vacuum,
 neque tempus, neque corpus: Scaliger n arbitratur,
 Aristotelem hic Deum, aliasque a motricibus agnosce-
 re supra cœlum Intelligentias: Nos autem hic a Magi-
 stro Physicum agente non putamus tractari posse men-
 tes diuinas non motrices, sed bene Deum solum confi-
 derari posse confitemur; nam etsi Deus sit o vnus tum
 specie, tum numero; quia tamen Deus idem simplicissi-
 mus Aristoteli est tum p forma Vniuersi, tum q bonum
 ac finis Mundi totius; tum causa efficiēs, conseruans, &
 r gubernans omnia mundana cuiusque generis entia;
 considerata natura Diuina sub triplici formalitate ista,
 de summo Deo numero multitudinis loquitur apte nūc
 Aristoteles; quoniam ea attributa, quorum in præsentia
 me-*

i s. de im.
 au cap. 44.
 k i. cgl. t. 1.

l 8. meta.
 3. 12.

m 1. cœl.
 t. 99. 100.

n ex. 365
 25. 5.

o 12. meta.
 t. 49.

p 1. meta.
 10. 2. c. 2.

q 12. meta.
 t. 52. & se-
 quentib.

r 12. meta.
 t. 56.

meminit
 nus, for
 modum
 Aristote
 ro t ani
 quod ne
 viuens,
 causa e
 & effici
 obtinet
 Antiqu
 qui vt in
 tiusq; ora
 dicentes,
 animam
 qualis est
 lis desiden
 statuit,
 propriu
 Numin
 mum D
 que nar
 Diuinu
 secundu
 finalem
 apertu
 Aristot
 officio
 finis V
 que De
 ga Mu
 deat: id
 caussar

meminit, conueniunt vni Deo, prout est formaliter tri-
 nus, forma nempe, finis, & efficiens Vniuersi; quemad-
 modum apud Aristotelem explicabimus. Et sane quum
 Aristoteli Mundus sit *s* viuens; ac in viuentium nume-
 ro *t* animal, & in animalium genere *u* præstantissimum;
 quod nos fuse demonstrauius in opere *x* De Vita: vt
 viuens, eam formam habet, quæ *y* anima est; quæque
 causa est in triplici modo *z* determinato, forma, finis,
 & efficiens: vt autem est animal præstantissimum, eam
 obtinet animam, quæ est intellectus Diuinus; quod ab
 Antiquis accipit Aristoteles non semel, dum ait, *a* Quare
 qui vt in animalibus sita in Natura intellectum esse causam Mundi, to-
 tiusq; ordinis dixerat, quasi sobrius comparatus ad Antiquiores vana
 dicentes, apparuit; & dum inquit, *** Primum enim non bene est dicere
 animam magnitudinem esse; eam enim, quæ Vniuersi, talem esse vult,
 qualis est vocatus intellectus: non enim qualis sensitua est, neque qua-
 lis desideratiua; harum enim motus non circulatio est: & *b* alibi
 statuit, *a* Deo compleri totum Mundum; quum formæ
 proprium sit complere id, cuius est forma: & *c* ab eodem
 Numine fieri continuam generationem; atq; adeo sum-
 mum Deum esse causam effectricem omnium, quæcū-
 que natura gignuntur. Et alio in loco scribit, *d* Omnia
 Diuinum appetere, & illius causa agere, quæcūq; agūt
 secundum naturam; & propterea Deum esse causam
 finalem Vniuersi, quatenus est corpus naturale: quod
 apertius *e* alibi decernit Aristoteles. Quum ergo Deus
 Aristoteli sit vnus *** numero secundum substantiam, sed
 officio, & ratione trinus, nempe forma totius Mundi,
 finis Vniuersi, & efficiens rerum omnium causa: Quum-
 que Deus trium harum causarum officijs fungens et-
 ga Mundum, nulla ratione a materia Mundi depen-
 deat: iccirco dicitur Deus vnicus sub ratione multarum
 causarum Vniuersi, esse extra eorum. Quo secundo attri-

f. de plan.

cap. 1.

t. 2. coel. t.

13. 17.

t. 2. coel. t.

61. 63.

x lib. 2. c. 5.

y 2. de an.

t. 4.

z 2. de an.

t. 36. 37.

a 1. meta.

su. 2. c. 2.

* 1. de an.

t. 46.

b 2. de gen.

t. 59.

c ibid.

d 2. de an.

t. 34.

e 12. meta.

t. 49. 52. &

seqq.

* 12. meta.

t. 56.

buto donatur Deus optimus, quia non pendet vlla ratione a caelo, nec in esse, nec in operari; licet ei assistat, omnesque Mundi partes intime perficiat: sic plane lumen dicitur esse aeri extrinsecum, cuius est forma assistens, quoniam ab aere non pendet; quamuis intimas quasque partes aeris perficiat. Tertium attributum est, *Neque nata sunt in loco esse*; quia Deus est omnino incorporeus, & a corpore penitus independens, siue vt forma consideretur, siue vt finis, siue vt efficiens; quum esse in loco per se conueniat solis corporibus; & per se accidens ijs, quae dependenter quouis modo in corpore sunt. Quartum est, *Neque tempus ipsa facit senescere*. Deus enim vt forma, finis, & efficiens in Vniuerso, nec tempori, nec senectuti obnoxius est; quia nec ipse, nec vlla eius operatio tempore metitur, aut tempori subiicitur: sed quaecum agit per se ac immediate, illa efficit in momento aternitatis supra omnem temporis conditionem. Quintum est, *Neque vlla transmutatio vllius eorum est* quia Deus nec physico, nec metaphorico vlllo motu mouetur; sed ab ipso omnia, vt ab efficiente, ac forma mouetur motu physico, saltem reu a causa remota, & eminenti; ac vt a fine mouetur motu metaphorico: quum Deus nullam sui causam habeat aut finalem, aut formalem, aut effectricem; a qua vel physice, vel metaphorice moueri valeat. Sextum est, *Super extrema latione disposita esse*: quia Deus essentia vnus; officio, & ad Vniuersum relatione trinus h Aristoteli; quum sit Mundi forma, finis, & efficiens: forma, quia Mundum i animat, & illi specificam, & numericam vnitatem tribuit; omnibusque Mundi partibus esse, ac viuere conciliat: Efficiens, quia non solum conseruat Vniuersum, quod ab eo dependet; sed etiam quia est primum efficiens omnium operationum vitae mundanae, concurrens eminenter cum omnibus caus-

f. 4. phys.
t. 23. 43. &
segg.

x. 1. de gen.
t. 35.

12. meta.
t. 49. 53. 56.
1. meta.
su. 1. c. 2.
1. cor.
t. 100.
12. meta.
t. 38.

causis
peran
num
suas o
veluti
males
seiniu
rum in
ac vici
tur vb
mam;
no trib
vnde
quam
stitutu
seruan
mouer
nis, cu
tes, ac
suam o
plente
h lation
ordo a
non an
enim h
accide
ne por
tus, hic
ma: sed
subordi
fecti op
forma t
rui ord
Dei

caussis secundis ad operandum; quæ sine Deo sibi coo-
 perante *m* nihil agere possent: Finis, quia est *m* b. 8. phys.
 num Vniuersi; & quia omnia in Deum, velut in *e* finem, *t* 33.
 suas operationes dirigunt; & quia cuncta ad vnum Deum, *n* 12. meta.
 veluti ad vltimum finem *p* collinant: Hæ vero tres for- *t* 52. 53.
 males rationes caussarum in Deo erga Vniuersum ad *o* 2. de an.
 seinuicem subordinantur; quia finis est *q* vltima causa- *t* 34.
 rum in esse; forma est posterior efficiente producente; *p* 12. meta.
 ac vicissim prior eodem. conseruante; quippe conserua- *t* 53.
 tur vbique quod est; est autem vnumquodque per *q* 2. phys.
 man; quæ est ratio eius quod quid erat, *t* esse; ac omni- *t* 23.
 no tribuens *t* esse rei: Deus ergo primo est efficiens, *r* 2. de an.
 vnde Mundus emanauit; deinde vero est forma; per *t* 36.
 quam Mundus in suo esse *a* specifico, & essentiali con- *t* 2. phys.
 stituitur; deinceps est efficiens tum Mundum assidue cō- *t* 28.
 seruans in esse; tum Mundi cunctas operationes pro- *t* 2. de an.
 mouens; tum entia cuncta *p* gubernans; demum est fi- *t* 36. 37.
 nis, cuius gratia Mundus totus est, & singulæ illius par- *n* 12. meta.
 tes, ac res agunt quodcumque secundum *t* naturam *t* 38.
 suam operantur. Sic ergo causæ Vniuersi formam com- *x* 12. meta.
 plentes in vno Deo extra Mundum, supra extimam cæ- *t* 49.
 li lationem inuicem dispositæ, ac subordinate sunt: Qui *y* 12. meta.
 ordo *a* Mundo essentialis apte statuitur Mundi forma; *t* 52. 53. 56
 non autem ordo partium integrantes Mundum; *z* 2. de an.
 enim hic ordo partium integralium ordinans accipitur, *t* 34. 35.
 accidens est, quod essentiam substantiæ complere mini- *n* 12. meta.
 me potest: sin autem sumatur ordo corporum ordina- *t* 51.
 tus, hic materia est Vniuersi proxima, non Mundi for- *n* 12. meta.
 ma: sed veluti partes animæ in vnam humanam animam *t* 51.
 subordinate constituunt formam hominis, utque Præ- *n* 12. meta.
 secti omnes militum in vnum Ducem subordinate sunt *t* 51.
 forma totius exercitus; cuius forma non est accidenta- *n* 12. meta.
 rius ordo legionum, millies eodem in exercitu mutabi- *t* 51.
 lis:

lis: Ita in vno Deo subordinatæ rationes, ac formalitates efficientis, formalis, ac finalis causæ erga Vniuersum sunt forma Mundi, & omnino Deus ipse. Septimum attributum est, *Sed inalterabilia*; sunt ista tria causarum genera Mundi formam constituentia nullius qualitatis peregrinæ susceptibilia; quod attributum inalterabilitatis eminentissime, ac proprie soli Deo conuenit, vt est forma, efficiens, & finis omnium rerum in vnâ Mundi naturam & molem conspirantium. Octauum est, *Et impassibilia* esse tria hæc genera causarum in Deo, Mundi naturam perfectiorem, hoc est formam Vniuersi completentia; quod itidem conuenit soli Deo sub ratione formæ, finis, & effectricis causæ totius Mundi; quippe quâ passio gemina sit *b* Aristoteli, corruptiua, & perfectiua; vtraque hac priuatur Deus, qui perfectissimus quum sit, vltius perfici non potest. Nonum est, *Optimam habentia vitam* esse, tria illa formalia principia in Deo, nempe finis, efficiens, & forma Vniuersi: quod soli Deo competit; quo nihil absolute melius quum inueniatur; vere optimum viuens est; vt ait *c* alibi Magister. Decimum est, *Et per se sufficientissimam vitam habere*, quæ continent in se rationem causæ formalis, effectricis, & finalis Vniuersi: quod item soli Deo competit; nam alia cuncta sibi non sufficiunt; sed indigent omnia, & singula Deo conseruatore, atque gubernatore; vt exercitus Duce; quod & alio loco docet *d* Aristoteles. Vndecimum est, *Perseuerant toto auro* causæ Mundi finalis, efficiens, & formalis Aristoteli; cui tempus *e* semper est, initio & fine carens, idem re sunt æuum, tempus, æternitas; quæ a nostratribus distinguuntur; ponentibus tempus esse mensuram finitam motus non æterni; æuum esse mensuram terminatam Intelligentiarum non vtrinque; perpetuarum; æternitatem vero esse infinitam mensuram, & indiuisibilem

Dei

b 2. de an.
1.57.

c 12. meta.
1.39.

d 12. meta.
1.52.56.

e 8. phys.
1.10.

Dei su
tionum
stote
per vi
ration
ma, fin
quoni
uine, h
norum
contin
fui na
mensu
nemp
no in a
sura d
æuum
durati
quæ m
rationi
minatu
cuius
Aristo
natura
conseq
quinte
do sem
namqu
nitate
sentia
tas i p
vita pe
partici
tiquon

Dei summi perpetui, & impartibilis, suarumque operationum itidem perpetuarum, & indiuisibilium: sed Aristoteli penitus idem est perseverare toto æuo, & durare per vniuersam æternitatem: reddit autem Aristoteles rationem propositi attributi, quo dicitur Deus esse forma, finis, & efficiens in Vniuerso perseverans toto æuo; quoniam *hoc nomen totius Aei ab Antiquis enunciatum est diuine*, hoc est, pronunciatum est ad significandam Diuinorum sempiternitatem; quia terminus, qui vt mensura continet tempus vitæ vniuscuiusque integræ secundum sui naturam, appellatus est æuum vniuscuiusque; vt mensura, non vnius tantum hominis, sed vniuscuiusque; nempe singulorum sibi inuicem succedentium ab æterno in æternum, cuius nihil extra esse potest, nempe mensura durationis singulorum hominum, nullo excepto, æuum est: consimiliter cæli totius terminus, omnem cæli durationem continens, nimirum mensura vitæ cælestis, quæ mensura continet omne tempus, & infinitatem durationis, æuum est: quod quidem æuum absolute denominatur ab eo, quod semper est, immortale, ac diuinum: cuius rationis abditissimæ germana ea est explicatio ex Aristotele; cui *f* omnia quæcumque agunt secundum naturam, agunt vt pro modo naturæ suæ Diuinitatem consequantur; Deus enim est *g* finis omnium; consequuntur autem hanc Dei similitudinem sese conseruando semper, si non in indiuiduo, saltem in specie: Deo namque sempiterno cuncta fieri student similia in æternitate; atque ipsum semper esse in Deo est ipsamet essentia Dei, vt ait *h* Aristoteles; in alijs autem est diuinitas *i* participata: Si ergo perseverantia toto æuo, ac vita perpetua, & esse semper, in rebus alijs a Deo est per participationem Diuinitatis, de consensu omnium Antiquorum recte putatum Deo similis esse cælum, quod

toto

f 2. de an.

t. 34. 35.

g 12. meta.

t. 32. 53.

h 12. meta.

t. 39.

i 2. de an.

t. 34. 35.

k 4. meta.
t 23.
l 1. cæl. t.
13.

m 12. meta.
t. 49.

toto æuo per omne tēpus in indiuiduo perseverat idem numero viuens immortale, quam corpus quodlibet sub-
 caeleste; quod in indiuiduo k caducum, fieri potest æter-
 num in specie l solum; plane constat, summi Dei pro-
 priissimum esse attributum perseverare toto æuo; quum
 Deo cætera similia reddantur in participatione huius
 æternitatis; quam pro modo naturæ suæ singula deside-
 rant, & consequi nituntur. Duodecimum attributum
 est, *Vnde & alijs pendet, his quidem exactius, his autem obscurius,*
esse & viuere: quod soli Deo conuenit; a m quo, vt a for-
 ma, sine, ac efficiente in Vniuerso rebus omnibus pen-
 det esse, & viuere; quia rerum aliæ sunt animatæ, aliæ
 inanimatæ; animatis conuenit viuere; inanimatis esse in-
 fra vitam: dissimiliter autem a Deo pendet rebus esse, &
 viuere; nam obscurius ea pendent a Deo, quæ prodeunt
 ab ipso vt a causa communi & remota conseruante gu-
 bernanteque proximas: at exactius ijs pendet esse, ac vi-
 uere a Deo, quæcumque ab ipso pendēt immediate, vt a
 sui causa proxima. Decimum tertium, ac postremum
 attributum, quia dependet ex quinto, quo dixerat, Ea
 quæ sunt extra cælum in essentia Diuina, Mundi for-
 mam, finem, & effectricem rerum omnium causam con-
 tinentia, esse intransmutabilia; id ipsum duplici compro-
 bat argumento priusquam ex eo deducat vltimum at-
 tributum; primum argumentum est, quia in sententijs,
 quæ quotannis ad Populum iussu Magistratum habe-
 bantur a Sapientibus viris de Diuina essentia, sæpe de-
 claratur rationibus, necessarium esse omne Diuinum
 primum, ac maxime summum, Deum scilicet, vt primum
 efficiens, prima forma Vniuersi, & maxime summus om-
 nium finis, habere naturam intransmutabilem omnino:
 quæ rationes ad Populum habitæ attestantur ijs, quæ di-
 cta sunt in quinto attributo. Aliud argumentum est,
 quia

quia omne quod mouetur, vel ab alio mouetur, vel a se
 ipso; & necessario in eum finem, vel vt a se excutiat ali-
 quod prauum, vel vt acquirat sibi aliquod bonum, cuius
 indigeat: modo Deus non potest ab alio moueri; nec
 habet in se prauitatem, quam motu a se depellat; nec in-
 digus est vllius boni, ad quod acquirendum moueatur:
 ergo Vniuersi forma, finis, & efficiens in Deo sunt in-
 transmutabilia: non potest autem Deus ab alio moueri;
 quia omne mouens est *n* melius, & diuinius eo, quod *n* 3. c. an.
 mouetur; neque agens patiente, quod ab eo suscipit per-
 fectionem: sed Deo nihil melius, ac diuinius esse potest:
 ergo Deus non potest ab vlllo alio moueri. Hinc propo-
 nit Aristoteles vltimum attributum his notis, *et incessabi-*
li vtique motu mouetur rationabiliter: nempe Deus ille, vnde
 rebus omnibus pendet esse, ac viuere, est etiam ille vnde
 incessabili motu mouetur rationabiliter, nempe vnde
 oritur motus incessabilis, tum velut a fine, cui vt assimi-
 lentur Intelligentiæ secundæ cælis assistentes in guber-
 natione Mundi subcælestis, orbitas illas volunt assidue:
 tum velut ab efficiente remoto, & communissimo, cum
 omnibus causis, secundis ad singulas earum operatio-
 nes obeundas, & ad cunctos eorundem effectus pro-
 ducendos concurrente. Probat autem hoc attributum
 hic Aristoteles, quia forma Vniuersi mouere debet Mū-
 di partes motu ipsis secundum naturam conueniente;
 sed corporis, quod circulariter mouetur, motus secun-
 dum naturam est incessabilis: ergo forma Vniuersi est
 id, vnde mouetur cælum motu incessabili. Minor est eui-
 dens, eo quod vnumquodque compositum a forma sua
 motum adipiscitur non nisi *p* naturalem; quum motus
 præter naturam sit ab externo agente, non formæ, sed
 contrarij rationem obtinente. Maior ab Aristotele de-
 monstratur eo quia, omnia quęcumque mouentur, quic-
E scunt

seunt non nisi quum venerint in proprium locum, ad quem secundum naturam eo motu contendunt: sed eius corporis, quod circulo mouetur, idem locus est, unde incipit moueri, & in quem finit: ergo corporis circulo mobilis finis vnius circulationis est semper initium alterius; & ideo motus eius est incessabilis. Ita ergo constat Deum esse in Mundo sub ratione formæ primæ, finis ultimi, & efficientis summi; quæ tria nata sunt esse extra cælum, quum a Mundo non dependeant; non esse in loco, quum sint penitus incorporea; non esse tempori, vel senectuti obnoxia; esse penitus intransmutabilia; super extrema latione disposita, hoc est inuicem formaliter subordinata supra omnem materiæ conditionem; inalterabilia; impassibilia; optimam habentia vitam; & sufficientissimam; perseverantia toto æuo; unde pendet alijs esse, & viuere, his quidem exactius, hoc est immediate, his autem obscurius, nempe mediante causa propinquiori; & unde prouenit motus incessabilis: Quæ attributa mira quadam analogia reperiuntur in anima Hominis; hæc enim in homine reperitur sub triplici formalitate, forma constituens in esse hominem; finis, cuius gratia instituta sunt a natura singula membra corporis humani, ei velut instrumenta deseruiencia ad operandum; & efficiens omnium operationum humanarum; vt perspicue lateque demonstrat Aristoteles: quæ anima humana, potissimum quoad partem rationalem, dicitur esse extra cælum, quoniam a cælo minime dependet: non esse in loco *r* per se, quia est incorporea; non esse tempori, ac senectuti subdita; quia vt ait Aristoteles; cui *senium non est, quia sustinuit aliquid anima, sed id in quo: esse intransmutabilis; quia est immobilis: esse disposita super extrema latione, quia supra omnem animam aliam considerata est hominis finis, forma, & efficiens: esse inalterabilis,*

g 2. de an.
t. 36. 37.

r 4. phys.
t. 45.

f 1. de an.
t. 65.

z 1. de ar.
t. 64. 65.
66. 67. &
t. 69.

rabilis
morbi
corr
quia h
limun
est &
a corp
templ
rans
esse &
homo
nes de
causse
tem f
ce; q
uet or
Vniue
co- Th
Vniue
finalis
gruen
tia per
actiua
qui Cr
que ali
formæ
Verbo
sus for
Ratio
bono,
Amor
produ
suo pro

rabilis, quia non pertingunt ad eam ⁿ ebrietates, ac
 morbi: esse impassibilis, ut ait ^x Aristoteles, quia est in-
 corruptibilis: optimam habere vitam, tum in corpore,
 quia homo per animam est optimum quid ac Deo simil-
 limum, ^y Aristotele doctore: tum extra corpus, quia
 est ^z felix: sufficientissimam obtinere vitam, tum extra
 corpus; tum in ^b corpore, quia intellectus ad con-
 templatiuam vitam nullius indigere videtur: perseque-
 rans ^c toto aëre, quia est immortalis: unde pendet alijs
 esse & viuere; quia quum anima sit finis ^d hominis, &
 homo finis rerum aliarum ^e omnium; iam res alia om-
 nes dependent utcumque ab anima humana, velut a
 causa finali: & unde prouenit motus incessabilis, sal-
 tem ^f metaphoricus; quoniam finis mouet metaphori-
 ce; quare anima ut finis omnium, motu incessabili mo-
 uet omnia. Caterum aliam analogiam inter formam
 Vniuersi, & formam hominis meditari posset Physi-
 co-Theologus, seu Hierophysicus; quia quum Deus sit
 Vniuersi causa tum efficiens, tum formalis, tum etiam
 finalis; quæ tres formalitates vni Diuinæ substantiæ con-
 gruenter, optime referre videntur tres in Diuina essen-
 tia personas; etenim ratio causæ efficientis potentiam
 actiuam designat, quæ Patris est proprium attributum,
 qui Creator omnipotens Cæli, ac terræ colitur, rerum-
 que aliarum omnium visibilium, & inuisibilium: Ratio
 formæ, quæ ab effectrice causa producit, aptissime
 Verbo conuenit, qui Filius est a Patre genitus, & specio-
 sus forma præ filis hominum ^a & Propheta celebratur: ^g Psal. 44.
 Ratio demum causæ finalis, quæ consistit in ultimo ^h ^h 2. phys.
 bono, recte Spiritui Sancto tribuitur, qui mutus est ⁱ 23.
 Amor Patris, & Filij, ac terminus vltimus Diuinarum
 productionum, processionumve, Bonitatem habens pro
 suo proprio attributo. Sic igitur ex Aristotele Mundi

*Materiae fluitantis opus; verum insita summi
 Forma boni, liuore carens; tu cuncta superno
 Ducis ab exemplo; pulchrum pulcherrimus ipse
 Mundum mente gerens, similique in imagine formans,
 Perfectasque iubens perfectum absolvere partes.*

nam Aristoteles definit animam vegetalem esse pri-
 mam naturam omnium animarum in nobis; & eius pro-
 priam functionem esse generare prolem sibi similem, &
 paruum. Mundum: Sensitivam animam, cuius operatio
 est pati apud Aristotelem, representat optime perso-
 nam Verbi, quæ carnis assumptione facta est sensibilis;
 & humani generis redemptionem molita est, passionem
 sustinendo: Rationalis anima, quæ ultima nuncupata, &
 aduena, cuius duæ sunt præcipuæ facultates, & ab ijs
 prodeuntes geminæ functiones; intellectus nimirum,
 ad quem pertinet cognitio veritatis; & voluntas, ad
 quam attinet amor bonitatis; rationalis inquam anima
 refert intime personam Sancti Spiritus, qui ultimus est
 ordine naturæ in Sacra Triade productus, & adueniens
 Ecclesiæ; ad quem spectat cum erudire, ac edocere
 omnem veritatem; tum amorem diuinum, qui summa
 bonitas est, conciliare. Deinde vero si præcipuam ani-
 mæ nostræ partem inspiciamus, nam representat, & ipsa
 maxime Diuinam essentiam unicam Trinitate persona-
 rum colendam; nam ut Deus unam habet naturam sim-
 plicissimam, tribus personis ineffabiliter distinctam, Pa-
 tre, Verbo, & Spiritu Sancto: sic anima rationalis uni-
 cam obtinet essentiam simplicem, quam indissolubilem in
 plures naturas reali distinctione secretas nos docuit Ari-
 stoteles, dum eam nuncupauit *ψυχή*, particu-
 lam animæ, ultimam & minimam; quoniam est species
 specialissima, indiuidua, & atomā; tribus facultatibus in-
 uicem ratione distinctis mirifice pollens; Intellectu sci-
 licet

y 3. de an.
 t. 18.
 & Symb.
 Apost.
 a 3. de an.
 t. 18.
 b 3. de an.
 t. 20.
 c 3. de an.
 t. 3. 7. 12.
 d 3. de an.
 t. 3.
 e 3. de an.
 t. 15.
 f 1. Cor. c. 9
 g Ioan. c. 1.
 & Symb.
 Apost.
 h Symb.
 i ibid.
 l Paul. ad
 Phil. c. 2.
 m ad Ro-
 man. 11.
 n 8. phys.
 c. 3. & se-
 quentib. 29.
 & seqq.
 o 1. de an.
 t. 61.
 p 10. ethic.
 cap. 3.
 q 8. phys.
 t. 52.

licet agente nuncupato, Mente possibili, & Voluntate;
 quarum facultatum Intellectus agens, qui definitus est
 ab y Aristotele omnia faciens, apte representat in Di-
 uina Triade Patrem Omnipotentem, quem rerum om-
 nium & factorem veneramur: Intellectus possibilis, qui
 ab eodem Philosopho definitus est omnia a fieri, &
 b passivus, ac c impassibilis passim appellatur, d susce-
 ptivus formarum, & e scientia; congruenter nobis refert
 Verbum Divinum, qui Filius est summi Dei, secus ac
 Apostolus f omnia factus, quia g Homo factus est; h
 passibilis secundum carnem, i impassibilis quoad natu-
 ram Divinam; qui l suscepit formam serui, & est scien-
 tia Patris, seu is in quo sunt absconditi m thesauri scien-
 tia, & sapientia Dei. Voluntas demum, ad quam per-
 tinet Bonitas, & Amor, optime redolet tertiam perso-
 nam Divinam, quæ Spiritus Sanctus appellata, mutuis
 est Amor spiratus a Patre, & Filio, & summa Dei boni-
 tas, bonorum omnium nobis large communicatrix. Mi-
 ra est igitur analogia inter animam Mundi, & animam
 Hominis; eo etiam nomine, quo utramque perpetuam
 censuit Aristoteles; licet illam formam n assistentem
 Mundo cognoverit, hanc formam o informantem Ho-
 minem constituerit; quæ varietas analogiam non tollit,
 si destruit identitatem; nam idem Aristoteles intel-
 lectum humanum asserit esse rem optimam, Deo maxime
 p cognatam; est autem Deus anima Mundi forma assi-
 stens, non quidem soli ultimæ sphaeræ cælesti, sed toti
 Mundo, & singulis eius partibus; quo nomine Philoso-
 phus q asserit, primum ens, & Deum optimum, quod est
 principium formale totius entis, esse penitus immobile,
 tum per se, tum per accidens; quo manente necesse est
 & omne manere, continuum existens ad principium;
 nempe ideo Mundus, ac Vniuersum secundum se totum

ma-

manet, nec mouetur villo modo, nec per se, nec per accidens, quia forma illius substantialis, quæ assistit illi immediate ac intime, vt eidem continua dicatur, est immobilis: Anima vero rationalis, & humana, pariter informat totum hominem, cui coextensa est, non vnā tantummodo partem; quod & nos in Opere de *r* Animarum lib. 1. cap. 27. & seqq. & lib. 2. cap. 2. & seqq. Coextensione corpori probauimus; & ostendit ante nos clare *r* Magister; apud quem tum difficile est, vel fingere quam partem corporis, aut quomodo contineat intellectus; tum etiam anima nostra per se est omnino immobilis; licet moueatur per *r* accidens ad motum corporis, in quo est; nam motis nobis, *r* mouentur omnia quæ sunt in nobis. Præterea Deus vt anima Mundi per se inaccessibilis, cernitur ex operibus: non alia ratione anima nostra per se inuisibilis, noscitur ex suis operationibus: quam proportionem mire describit nobis Aristoteles agēs de Deo prout est anima Mundi, his notis, & Eodem nos *r* ipsos modo censere conuenit de *r* vniuerso: quum enim ab vna vi impultrice ciantur omnia, sit vtique quod cuique commodum est, & conueniens: nec vero si ea vis ipsa, nec cerni ab hominibus, nec apparere potest quoquo pacto id obstat, aut illi ad ea, quæ diximus agenda, aut nobis ad fidem hisce rebus accommodandam: Nam & anima ipsa, qua viuimus, qua *r* bres, quæ domos habitamus, quum haudquaquam sub aspectum nostrum sita sit, operibus tamen ipsa videtur. Admirabilis est igitur analogia Mundi, & Hominis quoad vtriusque formam essentialem, & Animam.

Mundi, & Hominis analogia consideratur in vtriusque causa materiali. Cap. V.

Formam in ordine doctrinæ statim consequitur consideranda materia; nam hæc ad illam obtinet essentialē habitudinem, ac transcendentalem relationem;

a 2. phys. vt ait a Aristoteles. Quinimmo materia merito pos-
 t. 26. strema est inter causas cognoscenda; quia carens actu;
 b 9. meta. qui ratio singulis est b intelligendi; constitutaque per
 t. 20. potentiam; quæ rebus causa est c occultationis, & igno-
 t. 15. rantia; difficillime d cognoscitur; adeoque in ordine
 8. phys. doctrinae, quem auspicatur Aristoteles a e notioribus
 t. 32. nobis, facilioribusque f cognitu; cæteris est postponen-
 d. 9. meta. da. Porro materia quum sit apud Aristotelem g prin-
 t. 35. cipium ex quo materialia cuncta sunt & facta sunt; apte
 e 1. phys. diuiditur in materiam generationis, & constitutionis,
 t. 2. seu compositionis. Mundus h Aristoteli bipartito su-
 f 1. Ethic. mitur in cælestem, & elementarem regionem diuisus;
 cap. 4. g 1. phys. Cælo, quod æternum, & vnde quaque perpetuum cre-
 t. 55. didit Magister, immune ab omni i generatione, & cor-
 h 4. meta. ruptione, solam assignauit materiam compositionis, &
 t. 23. k constitutionis: Mundo autem elementari materiam
 i 1. coel. tum generationis, tum etiam constitutionis inesse co-
 t. 20. & gnouit; quam subdivisit in l primam, & m secundam
 seqq. appellatam. Homo similiter ab eodem n Aristotele
 k 1. cæl. t. tum secundum totam speciem, tum in indiuiduo consi-
 93. & se- deratur: ac vt Homo secundum speciem Aristoteli cen-
 quentib. setur æternus, carens materia o generationis, obtinens
 l 1. phys. in se solam materiam constitutionis, materiae mundanae
 t. 82. mire p proportionatam; vt clare constat ex Aristotele:
 m 2. phys. ita quilibet homo in indiuiduo habet materiam tum ge-
 t. 26. nerationis, tum etiam constitutionis; quæ pariter in pri-
 n 2. de an. mam, & in secundam diuiditur. Apud sacram paginam
 t. 35. Porph. c. Mundus item caret materia generationis, quæ legi-
 de spec. mus ex nihilo q creatum; obtinet autem materiam con-
 o 1. de gen. stitutionis; quæ consimiliter in primam, & in secundam;
 t. 40. seu in remotam, & proximam partitur. Age seorsum
 7. meta. t. singulam inspiciamus, & vtramque comparemus ad in-
 53. vicem. Mundi totius materiam dicit r Aristoteles esse
 12. meta. Vni-
 t. 18.

r 1. cal.
 t. 95.

Vni-
 uidit
 sunt
 ignis
 corp
 cata
 & pro
 comp
 & in
 quier
 dius
 cent
 prem
 pora
 puler
 etrina
 habe
 autem
 & sp
 fus li
 effici
 calum
 stinct
 a plan
 trem
 ra, ig
 aqua
 Tene
 ex D
 bertu
 ment
 xile,
 patur

Vniuersum corpus sensibile; quod in tria *f* elementa di- *f* 1. cal. t.
 uiditur; graua, leuia, & neutra corpora; quorum graua 21.
 sunt terra, aqua, & aer; leue corpus est elementum *t* 4. cal. t.
 ignis; neutra corpora sunt caelestes orbitae; quae quidem 39. & seqq.
 corpora simplicia certo quodam ordine inuicem collo-
 cata, Mundi partes integrales, veluti materia secunda,
 & proxima Mundi molem vniuersam constituunt, atque
 componunt; dum terra, & aqua, & aer Mundi centrum,
 & infimum locum possident, vtcumque ibi natura sua
 quiescentes; ignis in sublimi super aerem sub caelo me-
 dius natura quieturus, nisi *a* violenter in gyrum circa
 centrum vniuersi a caelo rotaretur, & contiguam sibi su- *a* 1. cal.
 premam aeris regionem circum duceret; ac caelestia cor- *t* 15.
 pora totum elementarem Mundum lumine fouent, cor-
 pulentia ambiunt, & continent. Quam Aristotelis do-
 ctrinam tantum non confirmant sacrae litterae; in quibus
 habemus, *x* *In principio creauit Deus calum, & terram; terra*
autem erat inanis, & vacua; & tenebrae erant super faciem abyssi;
& spiritus Domini ferebatur super aquas: cuius sententiae sen-
fus litteralis est, quod Deus, veluti totius Mundi causa
efficiens, in principio totius temporis creauit ex nihilo
calum omne corporeum, ab elementari substantia di-
stinctum; & terram elementarem, simplicem, inanem
a plantis, & vacuam ab animalibus; tamquam duo ex-
trema; quae connotant implicite tria intermedia corpo-
ra, ignem, aerem, & aquam; de quibus meminit Moyses;
aquas asserens, super quas ferebatur spiritus Domini:
Tenebrarum nomine significans aeris elementum; vt
ex Diuo Basilio, & alijs Sanctis testatur Magnus *y* *Al-*
bertus; & Abyssi vocabulo ignem describens, quod ele-
mentum ob sui tenuitatem, raritatemque summam, flu-
xile, obque sui altissimam profunditatem apte nuncu-
patur abyssus; super cuius faciem, aspicientem anima-
lia,

lia, & plantas, hominemque in centro Mundi a summo Deo nuper productum, nō dum creata luce, recte dictæ sunt extitisse tenebræ; nam aer, cuius peculiari quadam ratione tenebræ sunt affectio, medius est inter ignis elementum, & animantia globū ex terra, & aqua cōpactū incolentia. Quamuis autem Magnus & Albertus Mundi materiam duobus elementis adscribat, terræ, & aquæ, dum ait, *Dicendum quod una proprietatum materiæ est retinere formam; & secundum hanc dicitur terra, eo quod omnia quæ faciunt retentionem sunt in terra: retentionem autem faciunt tria, scilicet soliditas ut dispositio; siccitas autem ut materia, & frigiditas ut efficiens: & ideo dicit Avicenna quod vis retentiva vigorem suscepit a frigido, & sicco: secunda proprietas materiæ est recipere; & secundum hanc proprietatem dicitur aqua; quia humidum aquæ non est terminabile in se, sed terminatur ad quamlibet figuram tangentis: tertia proprietas materiæ est non subsistere actu; & hanc habet in quantum est subiecta priuationi; & secundum hanc dicitur abyssus ab ea quod est sine & basis; basis enim materia super quam fundatur eius esse secundum actum, est forma substantialis. Nihilominus materia præter primam, & secundam proprietatem, quæ illi conueniunt in relatione ad formam, quam recipere dicitur, ac receptam in se retinere; præterque tertiam, quam habet in sua natura absoluta, quæ est ἀπὸς; quartam proprietatem obtinet in habitudine ad compositum, & est integrare illius molem debitamque magnitudinem; quam perficiunt omnia elementa, sed maxime cælum, & ignis elementum; quæ sunt maximæ Mundi partes; in quibus potissimum consistit integritas, & moles Vniuersi; ut constat ex Aristotele. Sed & abyssi nomine significari materiam informem, per alpha priuationem, & basim; quasi abyssus idem sit, ac sine basi; non ita gratis ab Alberto recipere possum; nam longe aliud est βάσις, & βύραος; il-*

4. meta.
123.

illud
prop
inuen
do, &
tissim
abyssi
nomin
ri pot
quia ig
quæ a
fa; qu
cuo:
regio
licet,
harum
tum e
esse d
gnific
aqua
persu
vocab
non n
& cor
aqua
tur a
magis
quoq
ganti
præter
obrem
Aer en
habens
nond

illud basim significat; hoc proprie fundum; ac vt abyssus proprie dicitur aqua immensæ altitudinis, cuius fundum inuenire non liceat; sumitur tamen etiam pro profundo, & in immensum patente; vnde ignis elementum altissimum, ac miræ profunditatis, apte nuncupari potuit abyssus: vt antea dicebamus. Nec reticebo tenebrarum nomine a cælo, & terra distinctarum, aptissime significari potuisse tria elementa media inter cælum, & terram, quia ignis, aer, & aqua de se sunt corpora, diaphana; quæ ante lucis creationem necessario fuerunt tenebrosa; quippe tenebræ sunt *b* priuatio luminis in perspicuo: & Apostolus agens de Dæmonibus elementarem regionem, quam nos incolimus, obsidentibus, aerem scilicet, ignem, & aquam, vocat potestates *c* tenebrarum harum. Abyssus vero nomine dici propriissime aggregatum ex ignis, aeris, & aquæ elementis, nemini dubium esse debet. At vero ignis elementum in sacra pagina significari per *d* Spiritum Domini, qui ferebatur super aquas, seu qui fouebat aquas, incubabatque, non mihi persuadebit doctissimus *e* Vallesius; tum quia spiritus vocabulum potius aeri, quam igni tribuitur; tum quia non magis ignis Domini dicitur, quam cælum, aer, aqua, & corpus quodcumque aliud; tum quia inter ignem, & aquam medius est aer altissimus; vnde ignis circulo fertur a cælo raptus super aerem, non super aquas; nec magis fouet aquas quam aerem, ac terram. Qua ratione quoque cogor a Philone dissentire, qui libello de Gigantibus ait, *Dicitur autem Dei Spiritus, vno modo aer fluens super terram tertium elementum, quod si per aquam vehitur; quæ in obrem in Opificio Mundi ait, Spiritus Dei ferebatur super aquam: Aer enim quoniam sit levis attollitur, & sursum fertur, aquam pro basi habens; licet eo tueri possit opinio Philonis, quod tum nondum appareret arida, sed terra tota sub aquis de-*

mersa deliresceret; adeoque aer immediate super aquas
 nondum congregatas in locum vnum, ferretur. Ita er-
 go Mundi materia proxima, ex qua Vniuersum coag-
 nentatur tum Aristoteli, tum sacris Auctoribus sunt
 quinque corpora simplicia, quæ ad tria elementa redi-
 guntur; grauius, leuius, neutra; proprijsque nominibus ap-
 pellantur, terra, aqua, aer, ignis, & cælum: ex quibus ele-
 mentis integris, quæ in suis quæque locis partim mouen-
 tur, partim quiescunt, totius Mundi moles corporea cõ-
 stituitur. Sic & in Hominis constitutionem concurrunt
 ex Aristotele quatuor elementa, & aliud corpus *f* pro-
 portione respondens elemento stellarum; ceu vinculum
 semimateriale necens animam immaterialem corpori
 materiali; licet ad Hominis constitutionem elementa
 quatuor conueniunt, non secundum se tota, sed secun-
 dum singulorum partes; non vt grauius, & leuius per mo-
 tum, & quietem localem; sed vt calida, & frigida, humi-
 da, & sicca, per motum alterationis; non composita si-
 mul, sed inuicem mista. Verum & in Hominis constitu-
 tione dicere possumus composita fuisse in vnum cælum,
 & terram; nimirum semen patris; quod ab *g* Aristotele
 comparatur cælo; & excrementum matris; quæ ab eo-
 dem dicitur proportionē respondere *b* terræ. Præte-
 rea vero materia Hominis proxima sunt quatuor hu-
 mores ita mundanis elementis proportionati, vt sanguis
 natura calidus, & humidus, aeris a prædominio, pro-
 portionetur aeris; flaua bilis non minus colore, quam ca-
 lore, ac siccitate referat ignem; pituita similis sit aquæ
 frigida, & humida, candida, & fluida; melancholia demū
 frigiditate, ac siccitate terram æmuletur: ac spirituosā
 substantia, totam massam humoralem veluti regens in
 humano corpore viuentē, proportionē respondeat ele-
 mento stellarum, *i* Aristotelis decreto. Postremum

f 1. de gen.
 an. cap. 3.

g loc. cit.

b 1. de gen.
 an. cap. 1.

i 2. de gen.
 an. cap. 3.

an-

autem
 fit cor
 crate
 bus; q
 tur hu
 mus S
 tur ex
 ra, q
 corpo
 te rig
 nenti
 aqua
 si quo
 cient
 & aer
 rum a
 locite
 causa



b pen
 stione
 neutri
 inasibi
 diffiter

autem, materia proxima & immediata Hominis quum sit corpus organicum ^k Aristoteli; quod ab ^l Hippo- ^{k 2. de an.}
 crate constitutum esse dicitur ex partibus continenti- ^{t. 4. & 7.}
 bus; quæ solidæ nuncupantur; ex contentis; qui dicun- ^{l 6. de}
 tur humores; & ex impetum facientibus; quos appella- ^{morb. vul.}
 mus Spiritus: Quumque Mundus ille Magnus constitua- ^{par. 7.}
 tur ex cælo, terra, & ^m abyſſo tenebroſa; cælum, & ter- ^{m Genes.}
 ra; quæ duo extrema continent intra ſe reliqua omnia ^{c. 1.}
 corpora; illudque naturæ indiſſolubilis; & hæc ſolidita-
 te rigens, aptiſſime comparantur partibus ſolidis conti-
 nentibus: contenta humorum corpora repræſentant
 aquas circa terram intra cælum fluitantes, nomine abyſ-
 ſi quoque nuncupatas in ſacra pagina: ſed impetum fa-
 cientes Hippocratici ſpiritus optime repræſentant ignē,
 & aerem ante lucis exortum conditos, nomine tenebra-
 rum appellatos, inobilitate ſua cum impetu actos, ac ve-
 lociter currentes. Itaque, mira proportio reperitur in
 cauſſa materiali Mundi, & Hominis.

*Mundanam, & Humanam originem ſimili
 modo gaudere. Cap. VI.*



Post cauſſas cuiusque rei, ſpectandus eſt
 modus, quo a ſuis cauſſis res quæque pro-
 ducitur; qui dicitur modus Originis. Por-
 ro Mundi Originem Ariſtoteles ambiguā
 poſuit; eſſi namque Mundum ab æter- ^{8. phyſ.}
 no per ſimplicem emanationem a Deo ^{pertot.}
 pendere conſtituerit alicubi: nihilominus ^{1. cæl.}
 ſitionem de Mundi æternitate ſtatuens eſſe problema ^{1. 100.}
 neutrum, de quo rationes habeantur pro vtraque parte ^{12. meta.}
 ſuaſibiles, & contrariæ ſint ſapientum opiniones; non ^{1. 38.}
 diſſitetur Mundum poſuiſſe produci non ab æterno, ^{1. 1. top.}
 ſed ^{cap. 9.}

sed in principio temporis: Quem duplicem modum Originis in Homine posuit idem Philosophus; tum quia Mundo coæuum esse putauit genus humanum: tum absolute, quia dum Mundi æternitatem proficitur, Hominem in specie sumptum ab æterno simul cum Mundo a summo Deo dependere statuit, *d* afferens, a Deo rebus omnibus pendere esse & viuere, his quidem exactius, his autem obscurius: & *e* a tali principio tum cælum, tum naturam dependere. Vt autem in prima illa Mundi ab æterno constitutione Deus causa efficiens omnium Mundum produxit partim per creationem ex nihilo sine nouitate effendi, partim per generationem ex materia; nam in primo signo originis, seu in primo instanti naturæ, a summo Deo profluxit ex nihilo materia prima, quæ *f* nihil habuit ante se materiale, ex quo generari potuerit: sed in secundo signo ex materia produxit cælum, & nostratia elementa Deus; & in tertio signo ex his Mundum coagmentauit: Quam doctrinam ex Diuo *g* Augustino innuit Magnus *h* Albertus: Ita in Hominis productione Deus partim creatione, partim generatione utitur; nam corpus Hominis generat, producitque Deus ex determinata materia concurrens cum genitoribus ad sobolis procreationem; ast animam rationalem non educit ex *i* vlla materia; sed ex nihilo creatam infundit organizato corpori nostro, ac veluti *k* lumen accendit in materia illustrabili. Præterea vero Mundi generatio semper fit *l* Aristoteli, saltem quoad regionem elementarem; potissimum dum asserit, quod *m* Deus compleuit Mundum continuam faciens generationem: dumque monet, quod Mundi pars elementaris est in *n* continua generatione, & corruptione: Similiter Hominum generatio semper fit in toto Mundo. Deinde in prima Mundi genesi totius produ-

ctio

d 1. cæl.*t.* 100.*e* 12. meta.*t.* 38.*f* 1. phys.*t.* 82.*g* 5. sup. Ge.*h* nef. ad litt.*k* de qua-*t.* 12. art.*q.* 11.*i* 2. de gen.*an.* cap. 3.*k* 3. rhet.*c.* 10.*l* 4. meta.*t.* 23.*m* 2. de gen.*t.* 58.*n* 2. de ge-*ner.* t. 9.*n* 4. meta.*t.* 23.

ctio
& te
ynun
late
Ortu
omn
cend
ram
spon
coni
apuc
Mun
& te
proc
rum
re, q
dus
a Mo
form
poer
mini
orbis

M



temp

Etio non spontanea fuit, sed ab efficiente o Deo celum, & terram creante; atque ad Vniuersi constitutionem in vnum copulante; sic Homo sponte gigni non potest; vt late probauimus in Opere p De Spontaneo Viuentium Ortu; sed a certo efficiente q Deo, qui concurrens cum omnibus causis secundis ad quoslibet effectus producendos, masculum, & feminam, veluti r celum, & terram copulat, seu masculi semen, quod proportionem respondet elemento s stellarum, & excrementum feminæ coniungit in Hominis nascituri constitutionem. Insuper apud Magnum t Albertum, Diuus u Augustinus ait, Mundum a Deo productum fuisse per creationem cæli, & terræ, id est, naturæ spiritualis, & corporalis: sic Homo procreatur per productionem animæ, & corporis; quorum illa calo comparatur, ob immortalitatem; hoc terræ, quum sit a prædominio terreum. Amplius, vt Mundus a Deo productus est septem dierum spacio; quod x Moses, & y Linus contestantur; sic Homo in vtero formatur septenario temporum numero; quod z Hippocrates admonuit. Ita ergo modus generationis Hominis mirifica proportionem respondet modo genesis orbis Vniuersi.

Mundum, & Hominem obtinere sui constitutionem persimilem. Cap. VII.



Generationis, seu productionis, quæ proprie dicitur cooperatio causarum, terminus proprius & immediatus est constitutio effectus ab ijs causis prouenire nati. Quam quidem constitutionem præstat nunc in Mundo, & in Homine contemplari; quia summam in ea vtriusque consensionem

re-

Genes. c. 1.

p lib. 1.

cap. 19.

q 12. meta.

t. 24.

r 1. de gen.

an. c. 2.

s 2. de gen.

an. c. 3.

t 4. de qua-

tuor coqu.

q. 12. art. 9.

& 11.

u lib. 5.

sup. Genes.

ad litt.

x Genes.

cap. 1. &

seq.

y Ios. Pha-

uor. de

hom. ex-

cell. par. 1.

cap. 42.

z de sept.

part. &

lib. de

princ.

reperiemus. Mundus etenim duplicem habet constitutionem; vnam quidem priorem, seu materiale, ex partibus integrantibus; alteram vero illi succedentem, ex partibus essentialibus: multæ his proportionem respondentes constitutiones terminant Hominis originem. Sane prima Mundi totius constitutio integralis est ex quatuor elementis integris, & cælo, sola compositione, citra mixturem, sua quæque loca distincta incolentibus, ut grauius medium vniuersi locum occupent; quibus leuius vndique superimponantur; & neutra corpora celestia cuncta illa intra se claudant, ea ratione ut in centro Mundi terra permaneat immota; circa terram maxima ex parte circumfluat aqua; globum ex terra, & aqua conflatum aer ambiat vndique; aerem superior circumat rotatus ignis; & ignem contineat, ac in gyrum circa centrum voluat celeste corpus: Quam theoriam fuisse coluit a Aristoteles, & veram esse demonstrauit. Altera vero Mundi constitutio est ex omnibus istis corporibus sensibilibus ita inter se ordinatis, velut ex vniuersa materia, & Deo summo, a tali materia penitus independente, sed illi assistente in formam viuificam, in effectricem causam gubernantem & conseruantem, atque in finem ultimo perficientem: Quæ sententia legitur in Aristotelis doctrina, superius a nobis late satis explicata. Cæterum in Homine consimilem habemus multiplicem constitutionem: primum quidem Homo materiale sui corporis constitutionem habet ex partibus omnium elementorum per mixturem in vnum mirabiliter coeuntibus, & forma mixti; quæ ideo cælo proportionem respondet, quod cælum erga elementa retinet rationem formæ; ut ait Aristoteles: quoniam Homo est mixtum perfectum; ad cuius constitutionem necessario concurrunt omnia elementa secundum partes. Immo propinquior

a lib. de
cel. pas-
sim.

b 1. cel. l.
99. 100.
12. meta.
l. 52. 56.
de mund.
cap. 7.

c 2. de gen.
l. 50.

alia

alia materialis constitutio corporis humani est ex quatuor humoribus, & temperamento vitali, seu calido naturali; quod erga illos se habet ut cælum erga elementa; nam calor natus a Aristoteli dicitur proportionem respondere elemento stellarum, & humores humani corporis proportionatos esse quatuor elementis, omnes ab Hippocrate, & Galenoque didicerunt. Insuper coagmentatur humanum corpus apud Hippocratem ex continentibus, contentis, & impetum facientibus; quorum continentia sunt partes solidæ, cælo proportionatæ, quod omnia continet; contenta sunt quatuor humores, totidem elementa mundi referentes natura; impetum facientia sunt spiritus, spiritualementum Intelligentiarum cælis, ac mundo in formas assistentium substantiam æmulantes. Præterea constituitur humanum corpus ratione viscerum præcipuorum, ex cerebro, corde, pulmone, iecore, testibus, ac liene: quorum cerebrum cælo comparatur ob situm, figuram sphericam, & sensuum domicilium: Cor ignem æmulatur, quum sit fons caloris, & spirituum: Pulmo repræsentat aerem, quem assidue trahit: Hepar aquam præmonstrat, quum sit fons & origo prima omnium humorum: Lien, & testes, Terræ symbolum dicuntur; lien ob temperamentum, testes ob vim genitalem; a qua terra denominatur mater communis, & antiqua genitrix. Amplius constituitur humanum corpus ex capite, thorace, abdomine, ac pedibus: Caput membrum diuinissimum, ob rotunditatem, & sublimitatem cælo comparatur a Platone in Timæo; Pectus ignis, & aeris elementum duplex intra se complectitur, ignem corde, quod est fons caloris; aerem pulmone, qui aerem assidue trahit ad cordis refrigerium: Venter aquas refert, in quo humores omnes cum alimentares, tum excrementitij proprias sedes habent:

d. 2. de gen. an. c. 3.

de nat. hom. & 4. de morb. init. f. 8. de deor. c. 5. 6. de morb. vul. par. 7.

h cap. 2.

opuscul.

bent: Pedes & situ, & temperamento frigidi, & sicci terram æmulantur. Sed vltèrius aliam diuisionem partium humani corporis, aliamve constitutionem humani corporis ex partibus integralibus nobis ob oculos ponit facra pagina in statua Nabuchodonosor Regis apud **D**anielem, Mundi constitutioni simillimam inquires, **T**u rex videbas, & ecce quasi statua vna grandis; statua illa magna, & statura sublimis stabat contra te, & intuitus eius erat terribilis: Huius statuæ caput ex auro optimo erat; pectus autem & brachia de argento: Porro venter & femora ex ære: Tibiæ autem ferrea; pedum quadam pars erat ferrea, quadam autem fictilis. Quæ sane mundi constitutioni pulchre respondet; etenim statua magna, & sublimis est mundus totus, quo nihil est inter corpora maius, aut sublimius: caput ex auro optimo cælum est astris micantibus mire coruscans: pectus, & brachia de argento, sunt duo elementa ignis, & aer, ob perspicuitatem argento candido non absimilia: Venter, & femora ex ære, referunt elementū aquæ, quod æs inter metalla maxime particeps est aquæ, & mollitiæ fluxilitatem aquæ vtcumque repræsentat: Tibiæ ferrea, pedesque fictiles, optime terram indicant, quæ duritiæ ferrum æmulatur, & in fictili valde prædominatur. Plutarchus etiam, agens de facie in Orbe Lunæ proponit Analogiam Mundi, & partium præcipuarum humani corporis, asserens, Ratione praualentem, Stella tamquam luciferi oculi in facie vniuersi inserta circumferuntur: Sol autem, qui cordis habet vim, ex sese calores, & lumen tamquam sanguinem diffundit: Terra, & mari natura vititur, sicut animal ventriculo, & vesica: Luna Soli, & terræ interposita, sicut iecur inter cor, & ventriculum, aut aliud molle viscus insitum; calorem hac demittit; & quæ hinc exhalant, coquendo, purgandoque ab se extollit. Petrus etiam Bongus peragens de mystica numerorum significatione, hanc partium humani corporis

ris

ris cur
k Tres
Sol, T
tionabi
cerebru
Homin
tris, n
nubes
Secund
sunt in
mundi
caput
ab vni
tionis;
uinæ
vita
princip
Mundu
facta e
princip
domina
princip
ris Mu
culun
qui m

ris cum præcipuis mundi partibus insinuat, asserens,
 Tres quæ sint præcipue sensibilis Mundi partes, Firmamentum, Sol, Terra; in humano corpore Trias hæc invenitur Mundo propor-
 tionabilis: Hominis Cælum, siue Firmamentum, aut Stella, est eius cerebrum: Hominis Sol, seu planeta, est eius cor, situs in eius medio: Hominis elementum, aut Terra, est eius venter, aut ima pars ven-
 tris, natura humidæ; a qua cordis calor, non secus quam Sol a terra nubes & vapores eleuat, tollitque ad animalis culmen: & mox. Secundum distinctionem mundi Angelici, celestis, & elementaris, sunt in humano corpore tres partes, ita disclusæ & separate, ut tribus mundi partibus proportionem respondeant: prima quidem & suprema caput; secunda, quæ a collo ad umbilicum protenditur; tertia, quæ ab umbilico extenditur ad pedes: Est in capite cerebrum fons cogni-
 tionis; ut extra, seu supra cælum Aristoteli natura Di-
 uinæ mentis, & Intelligentiarum: Est in pectore cor, fons
 vitæ, motus, & caloris: sunt in postrema parte genitalia membra, principium generationis: sic & in Mundo suprema pars, quæ est Mundus Angelicus, seu Intellectualis, est fons cognitionis, quia facta est illa natura ad intelligendum: pars media, quæ est cælum, principium vitæ, motus, & caloris; in qua Sol, veluti cor in pectore, dominatur: Est infra Lunam, quod omnibus notum, generationis principium, & corruptionis: Vide quam apte tres maioris, & minoris Mundi partes inuicem congruant. Sic olim Serapidis Ora-
 culum Nicocreonti Cypriorum Regi, mundum inducit, qui miram sui cum homine prædicat analogiâ his metris,

Εἰμὶ θεὸς τοῖόςδε μαθεῖν, οἷός κ' ἐγὼ εἶπω.

Οὐρανὸς κόσμος κεφαλὴ, γαστήρ δὲ θάλασσα

Γαῖα δὲ μοι πόδες εἰσὶ, τὰ δ' ἔατ' ἐν αἰδέει κείνται,

Ομμάτε τηλαυγὲς. λαμπρὸν φάος ἡλίου.

hoc est, ex m Phauorini versione,

Sum Deus, ut discas, talis, qualem ipse docebo,

Celestis Mundus caput est, mare venter opacum,

Terra pedes, aures versantur in æthere summo.

h. li. i. c. de
num. tern.

r. cœl.
t. 100.

m. r. de ho-
min. exc.
cap. 42.

Lux oculi, quam Solis habet Splendentis imago.

Vel si mauis ad verbum ex Opsopœi translatione,

Sum Deus talis ad discendum, qualem Ego dico.

Celestis ornatus caput, venter vero mare,

Terra autem mihi pedes præstat, at aures in æthere sunt,

Oculusque eminus Splendens, lucidum lumen Solis.

Quam analogiam explicauit latius in Timæo Plato.

Ceterum si multiplex ista materialis constitutio Hominis materialem Mundi constitutionem æmulatur; namque alia constitutio essentialis Hominis consimilem constitutionem essentialem mundi mirifice satis exprimit: si namque, vt ait Aristoteles e cælo, terraque coagmentata, atque ex ijs naturis, quæ inter ea continentur, nimirum aqua, ære, & igne, certo ordine digesta, & Deo summo, illi in formam conseruatricem, ac viuificatricem assistente: consimiliter Homo est compages ex elementis, humoribus, & membris omnibus nuper explicatis, congruo inuicem ordine digestis in organa, & ex anima rationali eam compagem, vt per formam viuificantem, conseruantem, ac informantem: quæ anima cum Deo magnâ habet analogiâ, vt antea vidimus ex s. Aristot.

n. 1. cæl. t.
99. 100. &
lib. de mû-
do, cap. 1.

o 2. de ger.
an. cap. 3.
p 1. de an.
t. 6.

q 2. de an.
t. 24. 36. 37
v cap. 4.
f 1. meta.
su 2. c. 2. &
12. meta.
t. 49.

a 18. de an.
im. cap. 3.

Essentia Mundi mirifice proportionata demonstratur cum essentia Hominis. Cap. VIII.



Erminus constitutionis cuiusque rei dicitur *to* Esse: hoc autem quum sit geminum in vnaquaque re; vt adnotat etiam a Ficinus; primum quorum est Esse simpliciter, ante quod nihil est; idque est simplicissimum Esse, in quo cuncta communicant, quæcumque dicuntur esse in rerum natura; quod quidem Esse peculiari nomine dici consuevit existere,

stere,
analo
specta
propr
tia; i
indeq
uerfa
vero
leat,
sio qu
dum
ab ijs
diuifi
mus
sed in
esse-h
neris
partie
est eff
anim
patu
comm
ac tr
nulli
milit
ta; i
quid
dispa
vniu
bime
bet in
cont
arti

stere, ac existentia; & hoc est illud Ens, non commune analogum, quod in decem prædicamenta distributum spectatur; sed commune indifferens, quod indiuisibile prorsus est, ac reponitur inter appellata Transcendentia; ista namque sigillatim sunt pure indifferentia; proindeque communia, quæ diuidi nequeunt in minus Vniuersalia; quum indifferenter singula respiciant: Diuisio vero, distributioque communibus ijs tantum aptari valeat, quæ diuersimode respiciunt inferiora; quippe diuisio quæuis ex necessitate supponit differentias, secundum quas commune diuidendum varie participatum sit ab ijs, in quæ dicitur esse diuisibile: Quo factum est, vt diuisio, & distinctio sit proprie vniuoci, & analogi, addimus & æquiuoci, si placet, non autem indifferentium: sed in his solum sit enumeratio. Alterum vero Esse est esse-hoc, nimirum esse-hominem, esse-ignem, & id generis; tale siquidem est esse posterius, compositum, & particulare; quò singula inter se differunt; non enim idem est esse-lapidem, & esse-hominem, esse-plantam, & esse-animal; quod Esse secundum peculiari nomine nuncupatur Essentia, siue substantia cuiusque: & hoc Esse in communi consideratum est illud Ens, non indifferens, ac transcendens, quod Aristoteles aliquando scribit nulli esse substantiam; sed analogum, participatum dissimiliter; quod proprie diuisum est in decem prædicamenta; id etenim sua inferiora respicit diuersimode, non quidem per differentias oppositas, vt vniuocum, sed per disparatas, & varias quoquomodo: Vnde fit, vt genera vniuoca diuidenda sint in suas species semper diuisione binembri; est etenim contrarietas, & oppositio qualibet inter duo tantum; quippe vni vnum solum vbique contrarium est: sed analogæ, & æquiuocæ immediate artantur in tot analogata, & æquiuocata, quot sunt dis-

2. post.
t. 7.

differentiæ illæ disparatæ, secundum quas respiciunt singula minus communia, atque ideo in eis distinguendis obseruanda non est diuisio bimembris; quæ sola necessaria est in vniuocorum partitione. Cæterum licet analogæ, & æquiuocæ in eo conueniunt, vt immediate distinguantur in tot membra, quot sunt illæ naturæ, de quibus prædicantur: differunt nihilominus in assignatione membrorum; quia quum æquiuocata nullo prorsus ordine sese inuicem respiciant, ideo æquiuocum in ea partiti potest nullo seruato ordine in assignatione membrorum; at in partitione analogi seruandus est ille ordo, quo priora, digniora quæ analogata cæteris præponantur; inter analogata siquidem, vt c Aristoteles edocet, vnū semper est prius, ac nobilius, a quo reliqua quodammodo dependere dicuntur; & proinde ipse idem Aristoteles, dum partitur ens, quod est analogum, quod c sæpius efficit, præmittit vbique substantiam, veluti primum, & principale analogatum omnibus alijs prædicamentis. Ex his iam satis patere arbitror, existentiam longe diuersum quid esse ab essentia; quum illa sit pure indifferens, atque transcendens; hæc autem analogum, diuisum in decem prædicamenta, diuersimodeque a rebus participatum: indifferentia namque valde differunt ab analogis; quum analogæ diuisibilia sint in multas naturas; indifferentia vero sint omnino impartibilia; quia dicunt vnā naturam simplicem penitus, pluribus æque communicatam sine vllius differentiæ interuentu: Sic etiam æquiuocæ, vel ex Aristotele, differunt toto cælo ab analogis, quæ altera ab alteris nuncupantur; non minus quam ab vniuocis, quæ priora dicuntur; & ratio distinctionis huius est, quia vniuocum dicit naturam quādam communem pluribus, æque illis omnibus participatam, etiam si sub oppositis differentijs; quæ natura communis

e 4. meta.
t. 2. 4.

d ante præd.
c. vlt.

e 4. meta.
t. 2.
5. meta. t.
14.
9. meta. t. 1.
12. meta.
t. 2. 3.

f 1. de gen.
t. 44.

munis prior est omnibus ijs particularibus, quibus inesse dicitur: Analogum vero dicit naturam item communis pluribus, at non æque; immo diuersam in singulis; neque illis reipsa priorem, sed cōæuam; quæ licet in singulis diuersa sit, non tamen est vsque adeo differens, quin aliquam habeat communitatem, & conuenientiam, siue habitudinem in partibus sub differentijs disparatis, ratione cuius de illa formari potest vnus conceptus cōmunis omnibus analogatis: Quo factum est, vt analogi assignari valeat vna definitio communis: At æquiucum non ponit vilo modo vnam naturam communem, nisi quoad nomen; sed ponit multas essentias ita inuicem diuersas, vt nullam habeant cognationem, aut habitudinem inter se, ratione cuius de æquiucoco formare possumus vnum aliquem conceptum communem omnibus æquiucocatis; at ob istam æquiucocatorum discordiam, seu diuersitatem, non potest de æquiucoco haberi, nisi conceptus, & ratio, seu definitio multiplex; & propterea sapienter & Aristoteles quasi lege sanxit, æquiucum prius distinguendum esse, quam definiendum, inquit, omnino impossibile esse querere elementa entium, quæ multipliciter dicuntur; hoc est, æquiucorum, non diuidendo; per elementa definitionis partes, ac definitionem innuens, cuius partes sunt elementa, idest causæ internæ, ac essentialis rei definitæ. Indifferentia deum, quæ ponere dicuntur vnam naturam simplicem, æque participatam in pluribus absque vilo differentiarum interuentu, ab æquiucocis, ab analogis, & ab vniocis quammaxime differunt: Quamobrem quum existentia sit indifferens ad omnia, quæcumque sunt, tamquam vnum e numero Transcendentium; Essentia vero sit analogum illud ens, quod partitur in decem prædicamenta; immo cuius passionis, & attributa dicuntur esse

Tran-

Transcendentia cuncta ; necessarium est confiteri, Existentiam longe diuersum quid esse ab essentia ; quamuis illarum vtraque iisdem nominibus a Philosophis appellari soleat promiscue Ens, & Esse. Addo Existentiam esse id, quod quæri consuevit de quauis re per Quæstionem illam simplicem, in ordine primam, quam Si est nūcupamus ; Essentiam vero id, quod quæritur per secundam Quæstionem, Quid est appellatam. Cæterum Quid est, & Si est, esse Quæstiones inuicem admodum differentes, potissimum eo quia diuersas naturas inquirunt, notius est, quam dignum vt Aristotelis auctoritate confirmetur. Amplius Essentia, nemine penitus discrepante, substantia est cuiusque rei, cuius dicitur Essentia ; quum autem præter hoc ens, apud Aristotelem, sit aliud esse, quod nulli rei substantia est ; esse nimirum illud, quod alio nomine dicitur Existere ; & est illud Ens transcendens, quod est cuique substantiæ, ac essentiæ superadditum ; iam liquido constare potest, assentiendum non esse * Theophilo Zimaræ dicenti non audiendos esse illos, qui putant Existere esse additamentum essentiæ ; ac præter ens in decem prædicamenta distributum, atque ens verum, esse tertium quoddam Ens substantiæ, seu essentiæ superadditum. Præterea Ens, & esse illud, quod significat essentiam, additum alicui non facit compositionem ; si enim dixeris esse hominis, esse corpus, carni esse, essentia ignis, homo ens, & similia, non propterea negabis, aut affirmabis, verum falsumve proferes : Ens autem, seu esse, quod significat existere, seu existentiam, additum alteri necessario facit compositionem, atque affirmat, aut negat, verumque, aut falsum includit ; vt si dicamus, Hominem esse, lignum est, corpus est ens, animal existit, & id generis alia : signum euidentissimum non parum ab inuicem differre essentiam,

&

b 2. post.
cap. 1.

i 2. post. f. 7

* 2. de an.
com. r. 3.

De Mundi, & Hominis Analogia. 57

& existentiam. Porro vt in existentia Mundus mire cum Homine consentit; quum vterque similiter existat dependenter a summo Deo immediate; in essentia quoque maximam habent analogiam; nam Aristoteli^{k 2. de an. t. 37.} quum viuentibus esse sit ipsum viuere; Mundi vita quum omnes in se, vitas eminenter complectatur; quod pulchre concinit Maro Syrenophœnix,

16. Æneid.

Principio calum, ac terras, camposque liquentes,

Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque astra

Spiritus intus alit; totamque infusa per artus

Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Inde hominum, pecudumque genus, vitæque volantium.

Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.

Ignæus est ollis vigor, & cælestis origo

Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,

Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.

Et Hominis vita est huiusmodi, vt omnes in se vitas contineat formaliter; quia vegetalem habet cum plantis communem, sensitricem cum brutis, rationalem, seu intellectricem cum cælo, & mundo; vt late probauimus in opere De Vita. Quinimmo vt vita humana definitur esse naturalis in existentia humanæ animæ informantis in corpore nostro mediante calore naturali; sic vita mundana est naturalis assistentia Dei summi toti mundo immediate.

m. Porphi.
præd. cap.
de diff.
li. 2. cap.
29. & seqq.
ibid. cap.
24.
ibid. cap.
43.

Mundi, & Hominis analogia colligitur ex vtriusque duratione, & æuo. Cap. IX.

Post esse cuiusque rei, sese Philosopho suggerit consideranda duratio, & æuum; quod est illius esse propria mensura; nihil enim fit a natura, quod tali productione de non esse ad esse perductum,

H in

a 8. phys.
t. 63.

in eo esse non permaneat aliquandiu; siquidem a Aristotelis decreto, in generatione, & corruptione penitus absurdum esse videbitur, si factum confestim necesse est corrumpi, & nullo tempore permanere: Quare post Mundi esse, illius ævum inspicere debemus, & cum Hominis ævo comparare. Profecto si consulamus Aristotelem, maxima proportio est inter ævum Mundi, & Hominis; primo quidem comparatione facta totius Mundi cum tota specie humana, ex Aristotele philosophantibus dicendum videtur, proportionalem esse Mundi, & Hominis durationem; nam & Mundum ab æterno in æternum durare censuit Aristoteles, & Humanam speciem Mundo coævum esse constituit. Deinde vero si singulos Homines consideremus, etsi ratione corporis non semper cum Mundo sint; attamen quia vnumquodque est id, quod in eo est summum; ut non d vno in loco statuit idem Philosophus; ac speciatim Homo quilibet maxime suus est e intellectus; quum apud Aristotelem intellectus humanus sit f antiquissimus, & g immortalis; ut fuse nos demonstravimus in opere De immortalitate animorum: proculdubio ad mentem Aristotelis quilibet homo ratione suæ animæ Mundo toti coævus est. Immo vero Magister h alibi videns Mundum constitutum ex parte cælesti perpetua, & incorruptibili; & ex parte elementari generabili, & corruptibili; ab illa tamen potiori Mundum denominari vult ingenitum, & incorruptibilem; non autem ab hoc inferiori generabilem, & corruptibilem; ait enim, Item dignum est reprehendere eos, qui ita arbitrantur; quoniam quum & ipsorum sensibilibus pauciora numero ita se habere viderent, de toto tamen celo similiter senserunt: hic enim qui circa nos est solum sensibilem locus in corruptione, & generatione est; qui nulla, ut ita dicam, vniuersi pars est: Vnde iustus fuisset propter illa, ista etiam absoluisse, quam propter ista

b 8. phys. t.
1. & seqq.
1. cel. t. 20.
& seqq.
c 1. cel. t.
22.
d 9. ethic.
t. 4. & 8.
e 10. ethic.
c. 7.
3. de an. t.
20.
f 1. de an.
t. 82.
g 2. de an.
t. 21.
3. de an. t.
7. & 20.
h 4. meta.
t. 23.

illa

illa condemnasse. Sicigitur & Homo, licet corpus cadu-
 eum habeat, seu partem inferiorem ortui, & interitui
 obnoxiam; quia tamen anima constat immortalis, parte-
 que superiori perpetua; Mundo toti coæuum quid esse
 dicendus est; & non solum Homo in specie, sed etiam
 quilibet in indiuiduo, ad aliorum omnium subcælestium
 differentiam, æternus dicendus est apud Aristotelem;
 qui non solum cuiuslibet Hominis animam solam Di-
 uinam, & vndiquaque posuit æternam; vt nos olim fu-
 se probauimus in libris De Immortalitate Animæ ratio-
 nalis: sed etiam cælum erga mundum inferiorem se ha-
 bere, l. constituit, vt forma erga materiam, adeoque vt
 anima erga corpus. Sin autem sacras litteras audia-
 mus, vt Homo in specie sumptus Mundo coæuus est;
 quia licet in illis legamus, Hominem conditum esse die
 sexta; nihilominus Diuus Augustinus apud n. Albertum
 Magnum inquit, Omnia facta sunt a Deo simul in tem-
 pore; sed dierum illa successio posita fuit ad indicandum
 ordinem naturæ, qui est ab imperfecto ad perfectum:
 Ita quilibet Homo singularis coæuus est Vniuerso quo-
 ad animam, si non ab æterno, saltem in æternum; vt do-
 cuit Diuus o. Thomas, cui *Homines non solum sunt incorrupti-*
biles quantum ad communem speciem, sed etiam quantum ad proprias
formas singulorum; quæ sunt animæ rationales. Quinimmo Glos-
 sographus p. Beda Venerabilis Hominem ponit etiam
 secundum carnem esse immortalem, dum ait, *Queritur*
quomodo immortalis factus sit homo præ alijs animantibus, & cum
illis communem acceperit alimoniam? sed alia est immortalitas car-
 nis, quam in Adam accepimus, alia, quam in resurrectione per Chri-
 stum speramus: ille factus est homo immortalis, vt non posset mori,
 si non peccaret; moreretur autem, si peccaret: Filij vero resurre-
 ctionis æquales Angelis, nec poterunt ultra peccare, nec mori: Caro
 ergo nostra post resurrectionem non eget ciborum refectione, quia nec

fame, nec lassitudine, nec alia infirmitate adest defectio, vel poterit
 corrumpi: Caro Adæ ante peccatum ita immortalis creata est, ut per
 alimoniam adiuta, esset mortis, & doloris expers, donec corporalibus
 incrementis perductus ad ætatem, quæ Conditori placeret, multipli-
 cata progenie ipso iubente sumeret etiam de ligno vite, quo perfecte
 immortalis factus, cibi ulterius adiumenta non requireret. Sic er-
 go immortalis, & incorruptibilis condita est caro hominum, ut suam
 immortalitatem, & incorruptionem per custodiam mandatorum Dei
 custodirent: in quibus & hoc erat, ut de illis lignis concessis mandu-
 carent; ab hoc interdicto abstinerent: Per hoc edulium immortali-
 tatis donâ conservarent, illius tactu mortem inuenirent. Sic vero
 incorruptibilis, & immortalis erit in fine caro nostra, ut sicut An-
 geli, in eodem statu semper maneat, & corporalibus cibis (qui ibi
 non erunt) egere non possit: nam quod Angeli cum Patriarchis
 manducaverunt, non indigentia, sed benignitate factum est, ut ho-
 minibus familiarius congruerent: Christus quoque post resurrectio-
 nem manducavit, non ut cibo indigeret, sed ut veram post mortem
 se carnem recepisse monstraret. Sic ergo & q Augustinus,
 ad litt. 1. 6. Non ait Apost. Ro. 1. corpus mortale propter peccatum, sed mor-
 e. 19. 10. 3. tuum: illud enim ante peccatum mortale, & immortale, quia pote-
 7 cap. 8. rat mori, & non mori: aliud est autem non posse mori, & posse non
 f Genes. mori: quodammodo creatus est homo immortalis: s Lyrano quo-
 e 1. 2. que, Poterat homo servare innocentiam, quam si servasset, neces-
 sitatem moriendi non incurrisset. Ita ergo quemadmodum
 Mundus est incorruptibilis, æque perpetui, sic & ho-
 mo totus, etiam aliqua ratione secundum corpus est im-
 mortalis. Cæterum & ævum Hominis distributum est
 in septem ætates, quæ sunt infantia, pueritia, adolescen-
 tia, iuventus, virilitas, senectus, atque decrepitas; de
 quibus tum ex Hesiodo, Bonamicus asserens, He-
 siodum distinxisse ætates in septem decades: tum ex
 Hippocrate, Bongus, & Philo prior inquitens,
 Hippocrati insans est, usque ad annos septem, dum emittit dentes;

Puer

z in Dieb.

u 1. de a-

lim. c. 24.

x lib. de

Principijs.

y de num. 7

z de m. d.

opit.

Pue
 scilicet
 est
 usque
 quod
 mun
 idest
 In e
 Phy
 tern
 Diu
 ro se
 latin
 bre
 ab A
 Abr
 tam
 quin
 sum
 dicij
 ætat
 senit
 e mi
 a lab
 ætat
 vtri
 sente
 Chr
 genar
 consti
 infan
 senect
 ritia

De Mundi, & Hominis Analogia. 61

Puer, ad quatuordecim, dum semen in eo crescere incipit, ad geminum
 scilicet septenarium; Adolescens, usque ad vigesimum primum, id
 est, ad annum ter septimum, dum barba pubescit lanugo; Iuuenis,
 usque ad trigesimum quintum, dum totius corporis augetur vires,
 quod est ad quinquies septimum; Vir, usque ad vndequingagesi-
 mum, nempe ad septies septem; Veteranus, ad quinquaginta sex,
 id est, ad septies octo; Senex, quod inde reliquum est temporis obtinet.
 In eandem sententiam concessit * Macrobius, iniquens * 1. in som.
 Physicos existimare vitæ humanæ perfectum spacium Scip. cap. 6
 terminari septima decade annorum. Eadem scripsit &
 Diuus a Augustinus. Sed Mundi ætates etiam nume- a de ver.
 ro septenario claudicare nobis inuit b Lactantius, sed rel. c. 26.
 latius explicauit Diuus c Augustinus, qui & d alibi eas tom. 1.
 breuius attulit, iniquens Ætatem Mundi primam fuisse b 7. de diu.
 ab Adam usque ad Noe; secundam, a Noe usque ad præm. c. 14
 Abraham; tertiam, ab Abraham usque ad Dauid; quar- c tom. 1.
 tam, a Dauid usque ad transmigrationem Babylonis; l. 1. contr.
 quintam, a transmigratione Babylonis usque ad Chri- Manich. c.
 stum; sextam, usque ad finem Mundi, siue ad diem Iu- 23. & seqq.
 dicij; septima, a die Iudicij in æternum; sic enim & in d tom. 5.
 ætate septima, quæ decrepitas appellatur, & vltimum 22. de ciu.
 senium, homines vacant ab operibus, & in hac vita, quæ Dei c. 30.
 e militia est super terram, veluti f rude donati feriantur e Iob c. 7.
 a laboribus, & soli vacant contemplationi; vt sex sint f Cel. Rho-
 ætates operosæ in vita & Mundi, & Hominis, & ætas dig. 11.
 vtriusque septima sit ætas quietis, ac requiei; Eandem ant. lect.
 sententiam excoluit non vno in loco Diuus Ioannes c. 11.
 Chrysostomus; primo siquidem ait, g Ideo ergo quia sex a- g De Ieph-
 genarius iste sacratus semper inuenitur, eo quod per sex dies Deus te Homil.
 constituit omnia que in mundo sunt; & sex ætates esse voluit, id est, t. 1.
 infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentutem, grauitatem, &
 senectutem; quæ infantia agnoscitur ab Adam usque ad Noe; pue-
 ritia a Noe usque ad Abraham; adolescentia ab Abraham usque ad
 Da-

David; iuuentus a David vsque ad transmirationem Babylonis; gra-
uitas a transmiratione Babylonis vsque ad Ioannem Baptistam, &
incarnationem Domini; senectus vsque ad finem Mundi: nam & ge-
neris humani sex ætates agnoscuntur, hoc est, vt dixi superius, in-
fancia, pueritia, adulescentia, iuuentus, grauitas, & senectus.
quæ tamen ad septem ætates rediguntur, si vt in huma-
na vita distinguimus senectam in viridem, & decrepitam;
ita in Mundi duratione finem Mundi distinguamus in
duplicem, quorum alter vltimo Iudicio terminatur, al-
ter post Iudicium in æternitatem extendatur; quod cla-
re proficitur deinde vir sanctus *b* alibi, dum comparans
ætates Mundi cum diebus creationis, posteaquam dili-
genter sex dies creationis cum sex Mundi prioribus æta-
tibus comparauit, septimam diem Sabbati quietis com-
parat cum duratione Mundi post Iudicium inquiring,
Septimum autem lumen daturus est nobis, quum venerit reddere sin-
gulis secundum opera eorum. Nisi etiam dicamus septimæ
Mundi ætati post Iudicium æternæ correspondere vi-
tam æternam hominis post mortem corporalem: sex-
tamque hominis ætatem nomine senectutis verumque
senium complectentem correspondere sextæ Mundi
ætati, in qua ab ortu Christi ad Antichristi aduentum sit
veluti viridis senectus; ab Antichristi aduentu ad vni-
uersale Iudicium contineatur veluti Mundi decrepitas,
& vt ait i Psalmista labor, & dolor. Mirabilis igitur est
proportio ætatum Mundi, & Hominis; quia sex habet
ætates vterque laboris, & septimam vterque quietis.

*Mundo, & Homini consimilem unitatem
congruere. Cap. X.*

AB essentia rerum permanente, atque aliquandiu
perdurante, proueniunt tum permanentes quæ-
dam

dam affectiones; quæ proprietates, & affectiones vulgo nuncupari solent; tum etiam certæ functiones, & operationes; nihil etenim *a* ociosum natura patitur; & operationes non prodeunt nisi ab efficiente determinato & affecto certis conditionibus, & dispositionibus; quæ ideo sunt operationibus naturæ priores; ac propterea prius a nobis ordinem naturæ sectantibus considerandæ: Porro proprietates quum sint accidentia; & circuant omnia fere accidentium prædicamenta; quumque omnia accidentia duas in classes quoad originem referantur; nam alia conueniunt substantiæ compositæ ratione formæ, alia ratione materiæ: quumque materies in composito sit *b* prior formæ, merito accidentia, quæ conueniunt composito ratione materiæ, priora sunt ijs, quæ competunt eidem ratione formæ: quum igitur quantitas consequatur materiam, alia ferme omnia accidentia formam; ideo quantitas in composito prior est naturæ quouis alio accidente. Ad quantitatem vero duæ præcipuæ passionēs referuntur in Mundo, & Homine spectabiles; Vnitas, quæ quantitatem discretam respicit, & molis magnitudo finita, quæ continuam: Quare de his ante omnia sermo nunc est instituendus. Vnitas autem Mundi etsi negaretur a plerisque veterum; nam vt est apud *c* Plutarchum, Metrodorus ita putabat absurdum esse vnicum esse Mundum in infinito, vt absurdum est vnicam nasci spicam in magno agro: infinitos autem esse Mundos oportere, quod sint infinitæ causæ, atomi scilicet ac elementa; causis vero effectus esse debere proportionatos. Sed nec infinitum, nec vllum spacium extra Mundum esse docuit *d* Aristoteles: nec infinita esse rerum principia demonstrauit idem *e* Philosophus: nec infinitis principijs existentibus, opus est Mundos esse infinitos; quia vnicū Mundum Anaxagoras ponebat

a 1. phys.
t. 56.
1. cel. t. 33.

b 1. phys.
t. 52.

c 1. de plac.
c. 5.

d 1. cel. t.
100.
e 1. phys.
t. 50.

ex infinitis principijs coagmentatum: nec minori negotio refellas Epicuri, Lucretij, & Democriti placita de Mundorum Multitudine: Quare melius cum Stoicis, Empedocle, Thalete, Platone, ac Aristotele constitutum est Mundum esse vnicum; nam reuera Mundus ita est vnus numero, vt sit vnus etiam specie; ac vnitatem quidem numericam habet ab vnitatem materiæ, qua f tota constat; specificam vero ab vnitatem formæ; immo vtræque ab vnitatem g formæ: Quare b Aristoteli Mundus ita est vnus numero, vt non sit, nec esse valeat vlla ratione multiplex. Homo vero proximam huic habet vnitatem speciei; nam est vnus specie specialissima; quæ atoma est; & ab Aristotele quandoque donatur nomine i indiuidui, & k singularis: & reuera Magister aliquando Mundi totius vnitatem cum Hominis vnitatem comparauit, nimirum l vnitatem specificam: immo & alibi m ex professo comparans Aristoteles vnitatem Mundi numericam cum vnitatem numerica pariter Hominis, ait n ideo Mundum esse vnum numero, quia constat ex tota materia, scilicet ex vniuerso naturali, & sensibili corpore (definiuntur etenim vnū numero ea esse, quorū est vna materia numero) ait enim, o Similiter autem & si carnes & ossa materia sunt in homine, si ex omni carne & ossibus non potestibus dissolui homo fieret, non vtique contingeret alium esse hominem. Sed & sacri p Doctores etiam inter Mundum, & Hominem agnoscunt vnitatis analogiam; qui sic Mundum esse fatentur vnum, vt valeat a Deo in plurimos, ac infinitos multiplicari; & Hominem a deo numero multiplicem & infinitum fere cognoscunt, vt aliquando fuerit a Deo factus q vnicus numero. Maiorem igitur habet analogiam homo cum Mundo in vnitatem, quam quælibet alia natura; siquidem elementa, mista, vegetabilia, bruta, & Angeli multiplici specie diuersificantur, vt ita di-

dixerim, solus Homo speciei est vnus, ac indiuisibilis, vt
Mundus in vnitatem speciei habet vnitatem indiuidui. 12. meta.
t. 49.

Mundi, & Hominis aequae finitam esse magnitudinem. Cap. XI.



Corpoream quum habeat & Mundus, & Homo naturam; corporea vero moles quum necessario finita sit, vel infinita; non conuenit inter omnes, an Mundus cum Homine conueniat in mole finita, vel infinita.

Qui enim Veteres cum Democrito, Epicuro, & Melisso posuere Mundos numero infinitos, & Homines pariter numero infinitos; ijs vt singuli Mundi, & singuli Homines finitam obtinent molem sui corporis; ita ex omnibus Mundi aggregata congeries, & ex infinitis hominibus congregatus cumulus, vt ita dixerim, habet necessario molem similiter infinitam: sed eorum, quicumque ponunt vnicum esse Mundum multos homines intra se continentem, vt omittam Plinium, cui placuit eleganter dicere, *b* Mundum esse finitum infinito similem, quasi finiti ad infinitum esset aliqua *c* proportio, & similitudo; tres classes inueniuntur; nam alij cum Aristotele dicunt Mundum esse *d* finitae molis, *e* infinitae durationis; nullam *f* extra se magnitudinem habentis; Alij post *g* Empedoclem, Stoicos, & Diogenem, vt *h* Conimbricenses, extra Caelum, & Mundum ponunt spacium infinitum in Vniuerso; adeoque Vniuersitatem entium statuunt esse infinitam; aggregatum scilicet ex Mundo, & immenso spacio; quod ideo ponunt infinitum, vt in eo Deus immensus, ac infinitus apte collocari possit. Alij denique Mundum ponunt aliquando factum esse finitae magnitudinis, at infinitae durationis.

I in

b lib. 2. c. 1.
c 1. cgl. t. 64
d 1. cgl. 33.
& seqq.
e 8. phys. t.
1. & seqq.
f 1. cgl. t. 20.
& seqq.
g 1. 103. &
seqq.
h 1. cgl. t. 99
100.
i Plut. de
plac. phil.
lib. 1. c. 5. &
lib. 2. cap. 1.
1. cgl. t. c.
97. &
8. phys. qu.
2. ar. 4.